



Lia. 24





d.

VIRI CELEBERRIMI  
SAMVELIS BOCHARTI  
EPISTOLA  
AD  
TAPINVM  
<sup>QVA</sup>  
SCRIPTVRÆ  
SACRAE DIVI-  
NITAS  
ARGVMENTIS INSITIS DEMON-  
STRATVR

*Ex Opp. Tom. II. p. 927 -- 942.*

SEORSIM RECVSA.

*Acceſſerunt*

NOTAE QVAEDAM CVM PRAE-  
FATIONE

<sup>QVA</sup>

ARGVMENTVM, AB ADVERSARIIS,  
MAXIME EMPÆCTIS, HORVMQVE  
LVDIBRIIS PETITVM,

*tradidatur.*

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.  
clœ locc XXII,





## PRÆFATIO.



Ui rerum sacrarum scientiam vel iusto elaboratoque opere, vel breui summa tradunt, plerumque solent caput de sacra scriptura, fonte & norma doctrinæ cœlestis, præmittere, & in eo tum alia eius momenta, tum hoc, quod diuinam huius libri originem, veritatem atque auctoritatem complectitur, pertractare. Argumenta, quibus probare student, non humano consilio, aut per fraudem istas scripturas conditas fuisse, vulgo in interna & externa diuiduntur. Quid ad hanc, illamue classem referant Theologi, breuiter *Kenigius in theologia positiva acroamatica exponit*, internaque petit 1) a testimonio, quod scri-

A 2

ptura

ptura de se, & *Geonveusia*, ac diuina sua sueto-  
 ritate perhibeat. 2.) ab ipsa spiritus sancti  
 operatione, qua ille per scripturam efficax-  
 sit ad diuiniorem fidem in nobis accenden-  
 dam & confirmandam; 3) a doctrinæ gene-  
 re cœlesti & diuino; 4) a stili maiestate at-  
 que indole singulari; 5) a partium omnium  
 consensu atque conuenientia perpetua.  
 Pro externis habet 1) ecclesiæ, in primis pri-  
 mæuæ, testificationem; 2) miraculorum ce-  
 lebritatem; 3) pœnas, violatoribus sacræ  
 scripturæ irrogatas; 4) martyria sanctorum;  
 5) miram eius conseruationem; 6) testimo-  
 nia ipsorum hostium. Hæc alii aliter par-  
 tiuntur, alii plura addunt, ut in hoc traœta-  
 tu, quem luci reddimus, Bochartus fecit, ra-  
 tionibus, quæ internæ, seu sacris litteris insitæ  
 sunt, allatis, & adauctis supra numerum vul-  
 garem. Externa si proprius intuemur, ad  
 triplex testimonium ea reduci posse viden-  
 tur, Dei, amicorum, & hostium. In præsentia,  
 omissis prioribus testibus, qui locupletes  
 sane, ac a multis exploratae, & probatæ  
 plerisque fidei sunt, posterioris generis testes,  
 non obuios cuiuis, & horridiores, totam sci-  
 licet inimicorum Sacrae Scripturæ cohorte-  
 tem, producemus. Sunt in ista cohorte genti-  
 les, *Judæi, Muhammedani, heretici, empæctæ.*  
 Quan-

Quantum ex historia sacra gentilium virorum scriptis comprehensum fuerit, plures iam diligenter explicarunt; at ex omnibus diligentissime Daniel Huetius in demonstratione euangelica. Bornmeisterus etiam luculentam orationem publicauit de erroribus historicorum gentilium in rebus sacris recensendis; & David Müllerus Lipsiae edidit dissertationem, in qua gentilium de CHRISTO testimonia reperiuntur. Iudei, ut prætereamus, quod Veteri Testamento tribuunt testimonium amicum, & ex eo ad Nouum deriuatam autoritatem, adeo nihil profecerunt calumniis suis aduersus CHRISTUM, filium DEI, ut criminando vera esse testati sint, quæ de eo scriptores euangelici retulerunt; quod S. R. D. Paulus Antonius solide demonstrauit in dissertatione de veritate religionis Christianæ, ipsis Iudeorum obireclationibus confirmata. Quatenus Muhammedani nostræ causæ seruant, intuitu historiæ CHRISTI Levinus Wernerus peculiari opusculo ostendit. Hæretici, siue reuera cœlestem doctrinam deprauauerint hostili, infidove in verbum Dei animo, siue fallo pro erroribus habitis sint (quales quidem non per-

A 3 ti-

tinent ad hanc inimicorum classem) simul omnes, casu, seu consilio potius malum in bonum vertentis DEI, magis confirmarunt, quam infirmarunt diuinam sacri codicis veritatem. Ecclesiis enim doctrina illorum in multas sententias, studiaque contraria scissis, licet plerique earum doctores, quæ sibi inuicem exprobrarent, captauerint studiofissime, cupideque publicauerint captata, nulla tamen querela de sacrarum litterarum corruptelis auditâ fuit. Quod indicio est, durantibus dissidiis illis, quæ iam æuo apostolico cœperunt, nihil eorum, quæ in scripturis sacris exstant, confictum aut immutatum esse.

*Empæctas vero testes veritatis biblicæ adpellari, mirum forsitan alicui videatur. Sicut nostro seculo, ita præteritis semper fuerunt, qui vel religionem omnem, vel diuinitus sanctam, modo tectius, modo apertius, ut seculi licentia tulit, cauillati sunt, & partim litteris conuicia sua mandarunt. Verum enim vero pleraque, quæ hic in sacras litteras dicuntur, ita sunt comparata, ut si quis, qui in antiquitate non hospes est, ea penitus dignetur introspicere, non tam du-*

dubitandi de veritate diuina, quam ei fidentius credendi causam reperiat.

Conuiciatores antiqui, cum, quo proprius aberant a rei Christianæ initiis, eo accuratius hæc noscere possent, vix ausi sunt fundamentum istud doctrinæ Christianæ, veritatem historicam, quam sacer codex continet, in dubiam vocare; sed aliis pugnarunt eriminibus, ex quibus dudum viri docti argumentum commentarys de veritate religionis Christianæ, obtrectatione gentilium confirmata, petiuerunt. Iccirco etiam, ni fallor, *illustris Spanheimius* apostatae Juliani scriptiones, tenebris cæterο-quin dignas, in lucem protraxit; ex quibus, & aliorum fragmentis iudicari potest de levitate desultoria cæterorum, qui sine dubio itidem, præteritis momentis grauioribus, circa crepundia hæserunt.

At tandem his ultimis seculis, sed nimis sero, conati quidam sunt, quicquid in sacra scriptura narratur, tanquam fabulam atque commentum explodere. Non diu hæc calumnia stetit, cum eius vanitas omnibus manifesta esset, præterquam iis, quorum intererat rem ita se habere, ut illi criminabantur. Postea eminus magis autoritas diuini

verbi cœpit oppugnari, aliis miracula eneruantibus, allata causa naturali, aliis præscribentibus captiosas leges, ad quas patefactio, si quæ diuinitus contigerit, exigi debeat, aliis luminis naturalis pugnam, peioremue concordiam comminiscientibus, aliis alios agentibus cuniculos. Sed ambages istæ non tam iactatum ab ipsis metum, quam malæ causæ diffidentiam produnt.

Sicut modus sacras scripturas infestandi, ita causa quoque argumentum veritati præbet. Quotquot superiori, nostroque æuo, diuini verbi fugillatione innotuerunt, si eorum exploretur animus, haud facile probabunt, id se solo veritatis amore fecisse, aut facere. Experimur etiam id in quotidiana consuetudine, vbi nobis cum eius generis hominibus res est, subesse in illis aliquid, prorsus a sincero veri studio diuersum, quo ad tam infaustam insectationem impelluntur. A communi vitiositate si discedimus, (quod non magis in hac causa, quam in reliqua erroris refutatione facere debemus, ne desciscentes a misericordia, & primum ad indignationem, deinde ad odium adducti plus aliis noceamus, quam prosimus) tres huius inimicitiae, conteritusue caulas inuenimus

ex-

extantiores, profectas a tribus vitiis principalioribus, quibus dediti homines sunt, scilicet licentiam, socerdiam, & studinm inclarescendi; quæ, ut est humana indoles, in aliis separatim, in aliis coniunctim dominantur.

Licentiae qui frenum laxant, solent hoc aliquandiu plerumque ita facere, ut sibi persuadeant, moderatum eius obsequium sacra scriptura non prohiberi, vtentes in fine interprete, mente, quam cupiditas cœcauit, vel etiam patrocinio adiaphoristico, quod ab aliquot annis præsto fuit libidinosis, quibus fere, quicquid libet, licet ex illius disciplina. Quosdam timidior indoles, pudorque naturalis, vel externa vita ratio in medio hoc tramite subsistere cogit; alios vero, quos non retinent hæc repugna, solicitante maxime lautioris fortunæ adparatu, libido longius propellit. Quando his mediocritatis opinio non prodest amplius ad excusationem labis, qua se quotidiane inficiunt, nec ipsi vim amplius peruersa sua interpretatione sacris litteris inferre possunt, spiritu diuino, & ipsa ratione temeritatem redarguente, monenteque, consilium præcepto diuino obtemperandi, &

A 5

pla

placandi D E V M non recte ad vitæ finem differri; & præterea non possunt non metuere, quas improbis sacra scriptura denunciat poenas, & sic in ipsa peccati seruitute male adfliguntur; mirum non est, eos circumspicere omnia remedia, quibus a tam ingrato atque incommodo reprehensore liberentur. Hinc oritur primum, vel libentius nunc fouetur suspicio, cui odiosum testem censoremque subiiciunt; & mox, quantulacunque dubii specie oblata, eum repudiant, tanquam suspectum.

Ad socordiam quod attinet, in quibus hæc est, eos illa quidem non exemplo perfe ad tantum effert impietatis gradum. At si contingit tam ignavum hominem incidere in eorum commercium, quibus sacra scriptura contemtui est, aut si ipse aliqua offenditur, exempli gratia, quorundam superstitione, impia ministrorum euangelicorum vita, futili nonnullorum religionem tuendi modo, simplicitate imbecillorum hominum, religiole tamen viuentium, deriuatarum ex sacris scripturis opinionum diuertiis: quia per desidiam non vult in accuratam ipsius veritatis inquisitionem descendere: facile ad eius reiectionem abripi-

tur,

tur, vel certe in vagam coniicitur fluctuationem; in qua manere mauult, quam cum molestia eluctari. His annumeres, quibus focordia illa non quidem naturalis est, sed orta a nimia rerum humanarum cura: nam qui hac districti sunt, si veniunt in talem dubitationem, de superanda illa, præ multitudine grauiorum, ut putantur, negotiorum, parum possunt esse solicii.

Sed istos omnes miseria, ut malitia, antecedunt, qui gloriam ex diuinæ veritatis oppugnatione aucupantur. Maximam partem bonarum artium ac scientiarum, in quarum tractatione homines plerumque nihil præter famam & commoditates querere solent, multi adeo exhaustam esse arbitrantur, ut sibi, probato maiorum progressu, nihil, quam ediscendi gloria, relictum sit. Quia cum contenti esse nolint, & nimis operosum esse putent, emenisis antecessorum curriculis, longius progredi, compendiariam ad splendorem eligunt viam, qua ea pleraque, quæ huc usque adserita ac credita sunt, promiscue euersum eunt, existimantes, quod res est, sicut in architura, ita hic quoque facilis fore magna destruere, quam exstruere parua. Quod ipsi

psis quidem tantisper non male cedit, cum multitudo & vulgus eruditorum vitio illo, quod Actor. XVII, 21. Atheniensibus tribuitur, laboret. Si candide illi in maiorum placita inquirerent, ut cuperent in sua aliquando inquiri, & quæ tum deprehenderent errata, ostenderent modeste, neminem credo, qui imbecillitatis humanæ conscius est, eorum candorem ac industriam improbaturum. Sed hi cancelli nimis angusti forent irrequietæ omnia explendi libidini, splendido titulo regnum tenebrarum debellandi velatæ. Hæc, progesfa ad doctrinam biblicam, magnam carpenti & irridendi materiam, nec minorem summæ existimationis spem sibi inuenisse videtur. Etenim parati hic tam gratiofi conatus adprobatores sunt, qui molestis vinculis istis, quæ iniicit religio, se cupiunt exsoluti.

Hoc animo, his rationibus, quæ hactenus descriptæ fuere, sacrarum scripturarum insectatio vt plurimum suscipitur & probatur; quod nosse expedit. Tam suspicaces natura circa diuinam veritatem sumus, vt, vbi audiamus in ea reperire quosdam, quod reprobent, plus in horum partem, quam in illam

illam feramur, nec eorum dictis solum, sed ipso dissensu commoueamur. Quare necesse est præter illa, huius quoque causam, & conditionem animi in aduersariis examinare. Probatum vero fuit, eos non tam noscendæ veritatis studio, quam improba cupiditate ductos, inimice diuinum verbum infectari. Atqui D E V S neminem ad cœlestis veritatis cognitionem peruenire sinit, nisi qui animum sincerum, & voluntatem cognitæ veritati consentaneæ vivendi adferat ad eius scrutationem. Hoc ita esse, & ratio dictat, nisi DEI sanctitatem, & mentis, animique nostri conditionem ignoret; & adfirmat DOMINVS noster, JESVS CHRISTVS, dicens: *Si quis velit cœlestis pairis voluntati parere, cognoscet de doctrina, virum sit a DEO, an ego mea sponte loquar.* Quare cum manifestum sit, empæctas illos hanc viam cognoscendæ cœlestis veritatis nunquam ingressos esse, facile in antecessum intelli-gi potest, cur prolapsi in tantos errores sint, & quam fidem mereantur.

Præter hos aliud hominum genus est, qui, licet illis adlociari nequeant, cum tamen

men ad tempus fidem denegent scripturæ  
sacræ, hactenus ei aduersantur. Si eius  
dubitacionis causam exquiramus, & alio-  
rum & ipsorum hæc culpa est. Ita sit, si  
rem in exemplo spectare velis, vt aliquis  
magno cum studio ardoreque coelestem  
veritatem peruestigare aggrediatur, quo  
se magis in ea confirmet: sed cum id faciat,  
plus suo ingenio fisus, quam incedens in  
ea via, quam D OM I N V S ostendit, quæ  
non quidem rationis vsum, sed superbam  
eius fiduciam excludit; D E V S eum  
tantisper permittit ingenio suo, vt discat  
submissius de se sentire, & sub ipsa verita-  
tis scrutatione desciscat ab illo vitio, quod  
cum vera eius cognitione nequaquam con-  
sistere potest. Idem aliis nonnunquam  
vsi venit, qui dure contemtimque aduersus  
errantes & dissentientes loquuntur, & pu-  
gnant sine misericordia & modestia, quam  
propriæ imbecillitatis & labis conscientia  
in'ipſis excitare debebat. Et illos DEVS  
hoc pacto docet, quid ipsius debeant mi-  
sericordiæ, quantum divina & certa veri-  
tatis scientia distet ab humana & temerè  
arrepta, ne se hac iactantes fidentius, &  
in aduersarios, & ab his corruptos animose  
inue-

inueneti, intolerabili superbia illos exacerbant magis, quam emendent. Sed istis omnibus, satis exercitatis, tandem lux cœlestis veritatis oritur, si eo modo, quem D E V S præscripsit, meditatione, preicationeque vtuntur, & ab eo, quod norunt repugnare rationi, D E O que, si quis sit, displicere, abstinent, studentque facere, quod non recte minus, quam sancte in sacra scriptura præcipi animaduertunt, &, vbi vires desunt sequendi, quæ probant, rectiora, illas a datore omnis boni, D E O, petunt, intuentes, quamuis pusillo animo, in reconciliatorem, per quem audiunt culpam, penamque peccati ablatam, & partas vires illecebris, ad peccandum solicitantibus, resistendi. Interea dum versantur in peruestigatione sacrarum litterarum, plus reuerentiae quidem, quam irrisores illi, non minus autem diligentiae exhibent, rati, parum se sumnum N V M E N credulitate honorare. Eluctati vero tandem non solum ore, sed sancto vitæ actu, & aduersorum perpeſſione cognitionem veritatis professi, & ex aduersariis sacræ scripturæ amici facti, testimonium huic dant, quod magni testimandum est.

est. Prodita quidem nonnulla eius generis exempla sunt , sed plura in familiariorum piorum & doctorum consuetudine cognoscuntur. Nuper plur. reu. Gedikius libro, de primis veritatibus religionis christiana, inscripto, tale exemplum subiunxit , quod non fictum esse , qui autorem epistolæ nouimus , possumus adseverare. Ideo illud etiam pro appendice adiunximus Bochartianæ epistolæ , quam, prioris editionis exemplaribus diuenditis, typographus recudit : cuius rogatu & hoc præloquium , & notæ quædam in usum iuuentutis adiecitæ sunt ; ex quarum , & ipsius tractatus lectione , vt, si non plures , saltem unus alterque fructum aliquem capiant , id submisse a DEO precamur.

clo lxxii. Mart.

xxvi.



TA-



TAPINO SVO  
SALVTEM  
BOCHARTVS.

**M**agnæ molis opus aggredi me iubes, Vir Amicissime, dum vis ea a me congeri, non adscita quidem, sed insita argumenta, quibus S. Scripturæ diuinitas asseritur. Eadem opera numerauerit aliquis, quot stellis micet polus. Certe Scripturæ diuinitatis argumenta ita vbique diffusa sunt, vt vix putem ad certas classes ea posse reuocari; neque, si fieri posset, opis id esset nostræ; a) nullusque, quod

B fciam

a) Aegydi Hunni tractatio in libro de maiestate S. Scripturæ magnam laudem meretur. Plus quam dimidiā libri partem insita argumenta occupant; & in reliquis plerumque sermo ad illorum declaracionem reuocatur. Optandum es-  
t, vt quis Latinum librum,

eleganter scriptum, in lu-  
cem revocaret. Tum stu-  
diosa latinitatis iuuentus  
habitura esset, quo vna ope-  
ra & hanc exerceret, & per-  
ciperet rem oprimam, qua-  
lis certior divinae veritatis  
scientia est. Cæterum Ger-  
manica versio libri extat du-  
plex, quarum vnam *Veielius*  
alte-

sciam, vñquam pro dignitate argumenti tractauit. Ne tamen id plane relinquam intactum, aut agis de verbo DEI, b) cui iuncta est efficacia Spiritus, aut de verbo DEI c) nudo, & quale est, cum non exerit vim suam per Spiritus ministerium.

Verbi enim prædicationem, aut lectionem aut meditationem comitatur d) quandoque Spiritus intus agens. Sic Apostolus 1. Cor. 2,4. ait; *Sermonem suum & prædicationem non fuisse in suasoriis humanæ sapientie verbis, sed in demonstratione spiritus & potentie;* hoc est, in demonstratione Spiritus potentissima. Tum vero verbi Dei diuinitas non probatur modo, sed

---

alteram M. Iohannes Crassellius fecit. Hanc S. R. D. IO-  
A C H. L A N G I U S  
circa 1556. luci reddi curauit, eique præclarum de quadam humanæ CHRIS-  
TI naturæ & scripturæ sa-  
ceræ εἰνελογίᾳ proœmium  
præmisit. Eodem tempore illius collega S. R. D.  
PAULUS ANTONIVS per  
semestre spatiū du&tu hu-  
iū libri ludibria examina-  
bat diuinum verbum pro-  
terue fugillantium; a quo-  
rum corruptelis cum aliis  
huius academiæ Doctores,  
tum S. R. AVG. HERM.

FRANCKIVS, institutis de  
hac re pluribus prælectioni-  
bus, auditores grauiter de-  
hortabatur. Illa tempe-  
state primum quoque hac  
Bocharti epistola seorsim  
publicata fuit.

b) At semper iuncta est, non autem ab omnibus ad-  
mittitur.

c) Quale per se nunquam  
est, fit autem culpa lectorum, efficacie spiritus san-  
cti repugnantium.

d) Semper, sed diuerso  
euentu: suscipitur a qui-  
busdam, ab aliis repudiatur.

a) Non

sed & sentitur ex efficacia ab iis, in quibus agit  
iste Spiritus; cum nimirum illius vi restauratur  
anima, & cor exhilaratur, Psalm. 19, 8. 9. cum  
sedatur internus animi male sibi consciæ æstus  
sensu remissionis peccatorum; cum rebelles  
hominis affectus ita domantur, ut ad omne  
bonum opus fiat ἐνεργούμενος. Tim. 3, 17. cum  
fentitur in p̄cordiis immortale illud semen,  
sermo ille viuus & in æternum manens, 1. Petr.  
1, 23, cum, inquam, viuus ille sermo & efficacæ,  
& penetrantior quouis anticipi gladio, pertin-  
git usque ad diuisionem animæ & spiritus, com-  
pagumque ac medullarum, & discretor est cogi-  
tationum & intentionum cordis, Hebr. 4, 12.  
cum agit in cordibus nostris, ut malleus, dis-  
fringens petram, Jer. 23, 29. Cum cor intrus  
vritur tunc, cum explanantur Scripturæ, Luc.  
cap. 24. v. 32. &c. a)

B 2

Hæc

a) Non omnia, quæ pius  
homo sub legitimo S. Scri-  
pturæ usu persentiscit, enarrat-  
ravit; quippe quæ sint in-  
enarrabilia. Experitur ef-  
fusum in se amorem DEI,  
quo hic suos amat; unde in-  
vieta illa fortitudo ac fidu-  
cia proficiscitur, quam in  
Paulo Rom. II X. videmus.  
Mala conscientia sublata,  
fusuma pax succedit, comi-  
tata gaudie, quod diuinus  
spiritus gignit. Ex præscri-

pto huins libri orans pro  
conditione, necessitateque  
sua vehementer & diuinitus  
commouetur, ac erigitur.  
Qui tristis & fræcto animo ad  
precandum procubuerat,  
surgit lætus, confirmatus,  
pro animo pusillo magnum  
næctus, & rerum humana-  
rum, calamitatisque con-  
temtorem. Quam acris  
præterea ad pietatem in-  
citatio, quæm impati-  
ens simulationis, desidiae-

ue,

Hæc vis non modo se exserit erga fideles, sed & nos b) ex infidelibus fideles facit, quod affirmat Apostolus 1. Cor. 14, 24, 25. Si quis infidelis (in fidelium coetum, verbum praedicantium) ingrediatur, redarguitur ab omnibus, & diudicatur

ue, interioremque mentis sanctitatem poscens adhortatio in tenui hoc sacri codicis sermone latet, & a sincero lectori sentitur? Quod autem diuinius est, ab invitatione & hortamentis vis loeti verbi, nisi refragauer homo, progreditur ad informandum in animo, prouehendumque diuersissimum a pristino, & conuenientem præceptis DEI sensum, studium rerum, quas antea detestatus fuerat, & fugam eorum, quæ modo appetuerat, tanquam summum bonum. Iam sponte sua impietati, mundanisque cupiditatibus vale dicit, frugaliter & iuste, pieque vivit, exultans libertate sua, qua a peccato, & mortis metu, tristi domino, vindicatus est, illucescente ipsi sole illo, qui cum iustitia vitam ad fert veram ac immortalem, in cuius spe ac possessione placide acquiescunt nunquam morituri, quotquot se

CHRISTO, tanquam viti inseri patiuntur. Hæc omnia ita esse, non simplices quidam homines, operosa credulitate in imaginariam felicitatem inducti, affirmant, sed viri quoque prudentes, cauti, & diffisi hominum de diuinitate iudiciis omnibus, quamprimum sincere studioseque hanc inquisuerant veritatem, experti sunt.

b) Quantum hoc sit, spekari potest in exemplo primorum Christianorum, qui, missa irreligione gentili, quam sui euaserunt disimiles? Peccato liberati dicuntur se iustitiae mancipasse: cum membra sua impuritati ac sceleri serua præbuissent ad scelus, deinceps ea præbuisse iustitiae ad sanctimoniam: & deposito vetere homine, qui fallacibus perit cupiditatibus, novum hominem induisse, conditum divinitus cum iustitia, veraque pietate.

a] Vid.

tur ab omnibus, & sic arcana cordis eius reuelantur: quare procumbet in faciem, & adorabit Deum, clare nuntians, Deum esse inter vos; hoc est, Deum per vos loqui; adeoque diuinum esse hoc verbum, quod nunciatis, cuius tanta sit vis, vt cordis intima peruadat. Quandoq; Spiritus ita agit in verbo,  
 a) vt non quidem persuadeat, quantum ad conuersionem lat est, sed suadeat tamen & percellat animum, atque hoc ipso diuinitatem suam certo prodat indicio. Talis fuit verborum Pauli vis in Agrippa, qua a *Aet. 26, 28.*  
 gnouit se fere persuaderi, vt fieret Christianus. Talis erga Felicem, *Aet. 24, 25.*  
 qua illius animus ita percellitur, vt contremiscat totus; index coram reo; totius regionis moderator coram misero tentiorum artifice;  
 vir magno satellitio stipatus coram vincito & captiuo homuncione; vi certe non humana, nam in Paulo *b)* ἡ παροστά τῷ σώματος ἀδεινός, καὶ ὁ λόγος ἐξαθενημένος. *2. Cor. 10, 10* sed diuina maiestate, quæ in diuino verbo elucebat. Id ipsum experti erant appa- *Ioh. 7, 46.*

B 3

ri-

a) Vid. p. 18. not. b. c. d. | imbecilla, oratioque abie-  
 b) Corporis præsentia. | eta (erat.)

a) i.

ritores, ad Christum vinciendum mis-  
fi; cum professi sunt, se neminem unquam  
audiuisse, qui sic loqueretur. Id experti  
sunt Iudeorum illi, quibus cum Stephano  
no res erat, qui non poterant obſtēre ſa-  
pientie & ſpiritiū, per quem loquebārū,  
Act. 6, 10. Id noſtra ætate experti sunt,  
& experiuuntur in dies Anti-Christianæ a)  
Synagogæ propugnatores & b) Atlantes; qui,  
quantumlibet titulis ſuperbi & inani ſcientia  
eurgidi, a c) mulieribus ſibi os obſtruī obſtu-  
puerunt.

Sed

a) i. e. papatus. Op-  
pugnans veram ecclesiā  
ceterus, a Iudaica synagoga,  
CHRISTVM & primos eius  
discipulos infestata, hoc  
nomen traxit. Quo etiam  
ſpectare videtur Apoc. II, 9.  
Talis quoque impiorum co-  
itio & aduersus bonos con-  
gregatio Psalm. II, deſcribi-  
tur, patetque latius, quam  
ut ad ſecretam ab externa  
veritatē euangelicam  
proſtituentium ſocietate ca-  
teruam reſerenda fit.

b) Atlas, Urani filius,  
Rex Mauretaniae, Astrono-  
mia inuenitor, quæ occaſio  
fuisse videtur fabulae de At-

lante, cœli totius machinam  
humoris ſuſtentante: vt  
Cic. q. Tufcul. c. 3. prodidit.  
Translatō verbo ſignifican-  
tur, qui ſe pro columnis ec-  
clie habent, humerisque  
& artib⁹ ſuis ruituram pa-  
pæ regni molem ſuſtinere  
conantur.

c) Reſpicit hoc forſan ad  
id, quod in Gallia ſub Re-  
formatorum vexatione cue-  
nit. Noſtra ætate in vici-  
na quadam vrbe, excitato in  
ciuibus diuini verbi amore,  
eadem querela pontificio-  
rum doctoſorum audita eſt:  
ſeminas etiam Lutheranas  
S. Scripturae lectione adeo in  
de-

Sed, quia Spiritus cum verbo d) non hæret in diuulso vinculo, e) neque enim spirat, nisi quo-cunque vult, indagare opera preium est, quæ lateant in verbo, etiam cessante S. Spiritus ministerio, diuinitatis argmenta & note.

Quod

depravata religione confir-matas, ut vel doctissimus vir, in colloquium earum veniens, nihil tota argumentatione sua promoueret. Etenim si mulac obiiceret illis, quo er-roris eas conuinci posse cre-deret, ipsas proferre No-  
num Testamentum, & ex eo loca, quibus obiecta non mi-nus, quam omnia Romanae ecclesie statuta refellerent. Eadem arma Lutheri fue-runt, quibus tot deuicit ad-uersarios, & tantam cali-ginem tam breui tempore ab ecclesia disputit: que nisi sæpenumero posteri seposuissent, aut tractasset es citanter, sciuætis a me-ditatione diuini verbi pre-cibus, ac fideli meditato-rum tentatione, experien-tiaque; longius forsitan rei christianæ emendatio pro-gressa esset, nec in plures regiones exturbatae remi-grassent tenebræ. Hoc au-tem ex omnis ævi historia constat, nihil minus ponti-

fios, quam popularem di-uini verbi usum ferre po-tuisse. Nota omnibus con-trouersia Quesnelliana est. In tractu episcopatus Cameracensis, quum paucis abhinc annis diebus Domi-nicis virgines aliquot ho-nesta, omisis ludicris cir-culis, in situarent inter se lexitare Noium Testamen-tum, Gallie redditum, qnam fremuit clerus?

d) Vid. supra pag. 18. not: b. c. d.

e) Alludit ad Job. III, 8. quem locum rectius ex sen-su Seruotoris Castellio sic in-terpretatus est: Ventus quo-uis flat, eiusque sonum tu audis: sed unde veniat, aut quo abeat, nescis. Sic est, quisquis ex spiritu natus est. Certe ex eo, cuius causa similitudo adfertur, cerni-mus, in venti flatu hic non tam amplum angustumque, quam ignorabile considerandum esse.

Quod antequam aggrediar, hoc statim in lumen inquedo, non esse, quod quis hic f) demonstrationes Mathematicas exspectet; unica enim est in hoc negotio *πιστότης* g) τὸ πνεύματος. h) Neque enim credentium fides vilatenus esset conspicua, si, quicquid habetur in

f) Diuersa est demonstratio; alia valer in mathesi, alia in aliis disciplinis, alia in questione facti. In hac probatis & sinceris fundendum testibus est. Alioquin historiæ abiciendæ forent omnes.

g) i.e. a Spiritu sancto proficiscens.

h) Quod de fidei & sancti Spiritus partibus, & de necessitate virium divinarum commemorat, cum id ex solis litteris sacris recte cognoscatur; perspecta harum veritate, vim demum argumenti consequitur pleniorum. Atamen non male hoc prefatur. Admiratio, & probabilitas, quam pariunt insipientes argumentationes, parum proderunt, nisi mentis nostræ infirmitatem experti, auxilio diuino & spiritu sancto ad certam scientiam opus nos intelliga-

mus habere, & utrumque studeamus sine mora imprimare, prompti ad fidem confessæ, & sub fidelitate crescenti luci accommodandam. Quam imbecilla autem nostra ratio sit, vel in rerum naturalium & sensibus obuiarum scrutinatione innotescit, ac est in confessio apud omnes, diligentissimos etiam in rationis suæ cultura, solis ferme id dissimilantibus, quorum interest magnificentius de illa mentis facultate sentiri. Ceterum ut iustum ei pretium non denegari, nec nimium tribui debeat, cum ab aliis, tum etiam sub moderamine S. R. D. PAVLI ANTONII duabus dissertationibus Academicis, una de estimatione rationis theologica, altera de Naturalismo & Rationalismo, ostensum fuit.

i) Cum

in Verbo, ex principiis rationis erui posset, aut vero tam aperte probari, quam aperte probetur, quaternarium numerum maiorem esse ternario; neque illæ essent Spiritus Sancti partes; neque demum vi diuina opus esset, ad ea animis nostris penitus infigenda, quæ ratio ipsa persuadeat vltro. Non desunt tamen firmæ & inconcusse rationes, quibus Atheti si*z*) non plane persuaderi, certe percelli possint, & in admirationem rapi; quibusque adeo credentium fides magis ac magis roboretur. Eorum fontes indicabo tantum; epistolam, non librum me scribere probe memor.

Occurrit I. *Stili Maiestas*, qua fidem non tam sibi conciliat, quam imperat. Homines, cum nouum aliquid atque inauditum in medium proferunt, cum eo animo id referunt, ut credantur; tum aut testimoniū numero, aut rationum pondere nituntur; at hic non aliæ rationes, non alii testes, quam *a) αὐτὸς Φα, Dominus dixit.*

*i)* Cum a veri inquisitione, vel contemtu ac infestatione commendatum subсидium sciungant, neque religiose primis notitiæ partculis utantur.

*a)* Pythagoræ discipulis dicitur hæc sententia in ore semper fuisse, ac tantum habuisse pondus, vt si certo cognitum fuerit, aliquid re-

uera Pythagoræ esse effatum, hoc statim creditum sit. Quambene, alii videant. Bocharti verba non ita accipi debent, quasi quidquid in sacris litteris est, licet veritas harum non probetur, tamen verum oporteat existimari. Alter eum sensisse, cum tota huius rei tractatio, tum maxi-

*dixit.* Ut enim lux solaris etiam sine b) specie,  
fine c) colore visendam sese offert oculis, & vt  
tro ingerit; ita plane diuina veritas etiam sine  
teste,

me argumentatio VI.  
declarat. Exposita in sa-  
cris scripturis historia cla-  
rissima sua veritatis luce  
splendor; doctrina a verita-  
te historiae magnum habet  
momentum. At eam ope-  
rositatem non adhibuerunt  
scriptores, qua ceteri,  
in primis fabularum archi-  
tecti, suorumque placito-  
rum laudatores fidem leto-  
ribus affensumue extortum  
uerunt, corrasis undiqua-  
que ratione, ac sublestæ  
sæpe fidei testibus citatis.  
Diuinis illis scriptoribus ac  
prophetis satis erat, manda-  
ta & opera DEI fideliter re-  
ferre; ceterum securi de  
male fidei suspicione erant,  
& muniti aduersus tales  
metum conscientia cando-  
ris sui, & Numinis præsen-  
tissimi, seruis suis firma ac  
grauia relate veritatis testi-  
monia superne tribuentis.  
Locutio hæc: *dominus di-  
xit:* prophetis maxime se-  
lemnis est in edendis vatici-  
niis; quæ cum eventu,  
quem nemo mortalium po-  
tuit præuidere, comproba-

ta fuerint, & id reuera DO-  
MINVM dixisse patuit.  
Muhammedes, ut alia mul-  
ta, sic in primis hanc niten-  
tis DEI dicto S. Scripturæ  
maiestatem in Corano suo  
æmulatus est; at inepte.  
Ubi ratio nouæ religionis  
poscobatur, pro ea DEUM  
loquearem ac argutantem  
abiectissime introducebat,  
patrocinium nouarum le-  
gum inde a nugamentis  
spurciis ac anilibus, a plu-  
via, a palmis arcessentem,  
infuse miscentem abrofias  
sacræ scripturæ particulas,  
sonnia Iudaeorum, & ha-  
resiarcharum, ac idololatra-  
rum statuta, &, his mixtis,  
procudentem se colendi  
modum, in quo sunt omnia  
solutissima: decantantem  
Muhammedis sui laudes, &  
concessa ei priuilegia impu-  
ra libidinis explenda, con-  
temnandi iurisurandi, &  
ius fasque omne floccipen-  
dendi.

b) sc. aduentitia i.e. or-  
namento.

c) sc. peregrino.

d) Ac

teste, sine colore, credi d) debet: sic Abrahamus e) πάρεστις ἐπίδι επίδι επίτευξεν.

Huc & id refero, quod Sacri Scriptores def) verbis studiose inquirendis folliciti non sunt, neque de lectorum iudiciorum anxi; tenuitatem  
stili

d) Ac potest ab eo, qui probabilitate, quam insita, adscitaque indicia sacre scripture conciliant, & meticuloſe etiam ac improba menti subinde impertinent, recte vſus, atque diuini hu ius verbi ductu, tanquam aliqua lucerna ΦῶσΦογον illum, cuius Petrus meminit, scrutatus fuerit, ac tandem inuenerit non ipsum modo, sed plene rutilantem iustitiae ſolem. Hunc si cœperis contueri, tum defines mirari, quod diuinior hæc scientia cum foliis claritate comparetur.

e) Contra ſpem ſpe creditur. Rom. IV, 18, fqq. & v 17. nullo argumentorum adapratu ad hac ſpem eretus, sed nitens promiſſo DEI, & experta eius fidelitate, bo nitate ac potentia.

f) Splendidis, argutis, ſequibus, que capiant, te neantque lectoris animum, nec eum finant in rem ipſam ac eius interiora de-

ſcendere. Si ab eloquen tie lenociniis ſacrae scripture instructiores eſſent, viſ & effectus earum ali quid de mirabilitate ſua amissurus foret. Quod haud obſcure Paulus pro dit, I. Cor. II, 4 5. Et eiusmo di oratione ac prædicatione vſus (sum) que non persu aforis humanae ſapientie verbis, ſed ſpirituali poten tique demonstratione conſta ret: ne uestra fides in homi num ſapientia, ſed in DEI potentia ſita foret. Quæ libera & sincera confefſio omnem, ſi que meticuloſo oboriantur, adfectata & subdola simplicitatis fuſpicio nem prorsus tollit.

g) In scriptis humanis eminet hæc vanitas, quod scriptores non tam veritati, quam manifestandam tuendamue fuſcoperunt, quam ſua gloriæ inſerui ent, & iccirco, ut honorificum a lectorē impetrarent iudicium, ostengauerint in-

stili humano more non excusant, ut spurius ille  
Commentariorum *b)* Iasonis *i)* consarcinator.

Adde, quod Scriptura pari autoritate *k)* reges  
& plebeios alloquitur; quia omnes homines, ad  
Deum collati, pares sunt: *l)* nullæ hic telæ arane-  
arum. Quid? quod nil *m)* caducum aut mortale  
sonat,

ingenii vires omnes, acu-  
men iudicij, & exaggera-  
tam eruditio[n]em. At sa-  
cri scriptores suis parcunt  
viribus, & diuinior[um] sci-  
entiam, qua superabant cæ-  
teros mortales, simpliciter  
sine magniloquentia nobis-  
cum comminicarunt, pro-  
cul a studio laudis remoti.  
Verum in hac simplicitate  
non delati ad quandam ser-  
monis neglegētum sunt. Et  
rerum dignitati, & humanæ  
intelligendi facultati, tam  
acriori, quam habetiori  
conuenienter scriperunt.  
Illud & Longinus, vir pag-  
nus, agnoscit pervulgato  
loco libri περὶ ὑψούς λόγων.

*b)* Cyrenæi, qui tempo-  
re Ptolemai Philometoris  
floruit, & res gestas Asmo-  
neorum, sive Maccabœo-  
rum quinque libris descri-  
psit.

*i)* Libri secundi de Mac-  
cabœis autor *a*. Maccab. II,  
24, coll. v. 20 - 23, & 25 - 33.

*k)* Licet his non hamili-  
ter aduletur, demissæ tamen  
eos non solum, sed quoquis  
magistratus colere iubet. E-  
xempla vero grauiter ob-  
iurgatorum pasim exstant.  
e. g. Amos. IV, 1. Ies. I, 10.

*l)* Vnd palam est nemici-  
nem eos timuisse, nec cui-  
usquam ambiuiss[ic] gratiam.  
Quare plane & dilucide elo-  
quuntur, quæ sentiunt,  
sermoni nulla obtendentes  
vela, intra quæ tuti lateant, si  
eos multitudo intolerabilis  
dicacitatis, aut mendacii re-  
os postulet: quod philoso-  
phorum quorundam ac Py-  
thonis stratagem era.

*m)* Præsertim in libris  
noui fœderis. Sub vetere  
testamento expresse etiam  
æterna promittuntur. e.  
g. Dan. XII, 2, 3, in pluribus  
aliis locis verba, generalem  
felicitatis significationem  
habentia, perperam Iudei  
quidam ad certam prospe-  
ritatis,

sonat, sed aut obiequentibus promittit sempiternam beatitudinem, aut rebelles pœnis æternis adiudicat. n)

II.

ritatis, nempe temporarie, speciem, pro libidine sua, adiigarunt: quos nonnulli alii, lapsi imbecillitate, vel suspicione, pene imitati sunt, ac spem æternitatis ab antiquis illis temporibus excluderunt. Vbi DEVS largum agri uineæque prouentum, & alia huius generis pollicetur, ea non pro præcipua mercede, sed pro superaddita ei particula, incitamentoe rudis durasse gentis habenda, non autem illi opponenda sunt. Nec ista aliter, nostra quidem opinione sancti viri illo æuo sub duris fatis interpretari potuerunt. Plerorumque vitæ curriculum pluribus adversis, quam secundis casibus memorabile, nac tunc alia adsalutem via, quam calamitosa fuit. Conf. Hebr. XI.

n) Accedit singularis orationis religiositas. Omnis pene sermo eius de DEO est, ad quem in rerum gestarum narratione omnem refert gloriam: in hortatione ab illo dicit ar-

gumenta: docet, sicut nos cum tota hac rerum uniuersitate eius simus opificium, ita omnia quoque ei deberi: pro perdita opera habet, quæ non dirigatur eius voluntate & honore: ei nos iubet corpus & animam & cunctas actiones, tanquam sacrificium, adornare ac offerre. Vel in Testamento vix aliud reperias, quam exempla hominum, sancte in quouis vitæ statu, ac in eo etiam, qui nullam ferre pietatem censemur, viventium, & quidem inter difficultates summas, undique obiectas, & in cœtu improborum; præcepta religiosi moris, colendi ex animo & impensisime, ac adipiscam ciuilium legum disciplinam traducti; representationem operis Messiani, gradatim magis magisque patescentem, exhibentemque cum culpæ sublatione vires vitam ex præscripto DEI instituendi, & proponentem præmia tam huius, quam æterni æui.

(v Si

**II.** *Doctrinæ genus plane o) nouum est & insolens ; mysteria narrat in Deo abscondita ante secula, quæ nec vidit oculus, nec audivit auris p)* &c., *quæ totum rationis humanæ captum multis parafangis transcendunt.* Quod quisquis negat, is in Scripturis hospes est, is diuinam & salutarem doctrinam cum a) commentis hominum non contulit. Neque enim illa hominis sagacitate poterat infinita iustitia, quæ nihil condonat, nec illi peccatori impune esse patitur, cum infinita misericordia b) conciliari, quæ omnia peccata gratuito remittit, addens insuper gloriæ æternæ cumulum. Idem de aliis religionis mysteriis proprius intuenti patebit ; quæ hic perfeci non est huius loci : uti cum beatitudinem in fui c) abnegatione d), in morte vitam, e) diuitias in paupertate f) querendas statuit. Denique omnia

*o) Si illud cum ceteris doctrinis humanis contentas, in se autem antiquissimum est.*

*p) I. Cor. II, 9.*

*a) Si vocem generatim accipimus, sunt inuenta hominum ; si speciatim, ea, quæ false aut dubie de DEO, & eius cultu tradita ab hominibus fuerunt.*

*b) Quod inculenter docuit, & plures doctrinas, quæ hoc spectant, egregie vindicavit S. R. D. IOACH.*

**LANGIVS** in dissertationibus Anti-Poitrianis.

*c) Matth. V, 10-12. I. Cor. VII, 29. 31. Luc. IX, 23.*

*d) Matth. X, 28.*

*e) Iac. II, 5.*

*f) Vere ac sincere ; non ea ratione, qua pierique solitarie vita sectatores in ecclesia Romana opes, lasciviendi opportunitates ac summas dignitates consequuntur, eoque ansam multis dederunt & se, & haec ipsa sacrae scripturæ effata*

omnia docet ita a ratione semota, ut ab homine fingi non potuerint, quæ ita tamen cum eadem conciliantur, postquam, qua ratione id fieri possit, semel ex Scripturis innotuit; ut in assensum ire pedibus cogamur.

Accedat III. Doctrinæ g) sanctitas, in eo sita. r. quod non verbis & factis modo, sed & cogitati-

oni-

ffata vertendi in ludibri-  
um.

g) Elucet hæc etiam ex eo, quod de DEO narrat, & quo illum colere iubet. Vtrumque luculentius erit, si ex altera parte ea collo-  
ces, quæ pleræque gentes de Diis suis crediderunt, & fecerunt in illorum hono-  
rem, & eorum iram pla-  
candi vitandue causa.  
Nullum pene sceleris flagitiique genus cogitari potest, quo se Dii isti nos polluisse legantur. Sic Cicero de nat. Deor. Lib. I. Dii, inquit, inducuntur ira inflammati, & libidine su-  
rentes, narranturque eorum bella, prælia, pugna, vulnera:  
odia præterea, dissidia, dis-  
cordia, ortus, interitus,  
querela, lamentationes, effu-  
sæ in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula,  
cum humano genere concu-

bitus, mortalesque ex im-  
mortalibus procreari. Quæ opinio de peccatis Diis quam moribus pestifera fuerit, vel Chærea ille apud Comicum docet, sic secum reputans: Deum sese in ho-  
minem conuertisse, atque per alienas tegulas venisse clan-  
culum per impluviū fucum faciū mutieri. At quem Deum? qui templo cœli sum-  
ma sonita concutit. Ego homuncio hoc non facerem?  
Fœdas autem crudelesque ceremonias, quibus Dii illi honorabantur, quis posse omnes exponere? Humanas hostias non barbari solum, Britones, Slavi, aliisque, sed Graci etiam immolarunt. Pudet commemorare impu-  
rissima Bacchi, Cererisque mysteria, & catena abiecti Deorum gratia pudoris, prostrataeque pudicitiae do-  
cumenta.

b) Ti-

onibus frenum imponit; 2. Neque vel primus  
animi in peccatum purientis *b)* γαρ γαλισμοῖς  
parcit. 3. Quod officia charitatis & amicitiae non  
modo ab æquitate & humanitate naturali dedu-  
cit *i)*, sed ab amore Dei; Genes. enim 9. 6. vetatur  
homi-

*b)* Tirillationibus. Ci-  
cero etiam voluptatem ti-  
tillationem dixit.

*i)* Æquitas, teste recenti-  
ori philosophia, cuncta offi-  
cia aliis præstanta comple-  
tens, fundamentum habet  
ab æqualitate hominum, vim  
a socialitate. Humanitas,  
strictius, quam ab autore ac-  
cepta, pertinet ad benevo-  
lentiam, quæ subiecta est æ-  
quitati: humanus permittit  
aliis, quod ipsis utile, sibi  
autem non damnosum est.  
Charitas de sententia Bo-  
charti secundum benenuo-  
entia gradum, scilicet bene-  
ficiantiam, tenet, summum  
amicitia. Quam vim soci-  
alitati circa iustum quidam  
tribuunt, plures vocarunt  
in dubium: at maius iusto  
honestum est, quo æquitas  
etiam continetur, cui pro-  
inde aliunde robur concili-  
andum erit. Nam æquali-  
tas quoque parum amplius  
valer. Externa amissa, quæ  
superest, floccipenditur a

multitudine, quæ pro exter-  
na cuiusque conditione ac  
fortuna suum cuique & di-  
uersissimum pretium ponit.  
De innoxia utilitate, quam  
humanitas dispensat, quot  
agitantur controværis?   
quantulum id est, quod hu-  
manus iste prodebet alteri,  
sibi non obesse ducat? Mu-  
to minus in incommodo suo,  
quod præcipit beneficentia,  
aliis beneficiet, nisi spes  
maioris utilitatis interce-  
dat. De amicitia multa  
verba facere supercedeo; ra-  
ritatem eius accorruptelas  
quot veterum sententia de-  
plorarunt? nec eruditos fu-  
git, qualem & philosophi  
coluerint amicitiam? At a-  
mor DEI, quo nos comple-  
titur, quando ab homine  
sentitur, effector in eo fit  
genuinæ charitatis, qua ho-  
mo homini conciliatur.  
Tum consideramus homi-  
nes, quales DEO, DOMI-  
NO que nostro, CHRISTO  
videantur, quantique ab  
hoc

homicidium, quia homo factus est ad imaginem Dei; 4. Quod hominem in se deiicit, ut a) in Deum erigat; illi b) nihil tribuit, Deo omnia, etiam dum ea narrat, in quibus humana industria vel fortitudo locum habuisse videtur; *Dominus tradidit hostes in eorum manus, &c. c)*

Accedat IV. d) *Veritas & stili anglica tanta, vt ne*

hoc estimati sint; extemplo proligatur contemptus, qui aliorum vilitatem abhorret, liuor, qui inuidet felicitati, impuritas, qua non tam diligimus, quam libidinamur. Sublatis veri amoris impedimentis, divinius flamma, qua accensum sub sensu amoris DEI, quæque quotidiana animi purgatione retinetur, instigat nos ad diligentissime fungendum officium quibusuis, quæ aliis & ipsis inimicis ex sanctioris discipline præscripto debemus.

a) Præpositio non tantum, ad quem erigatur, sed coniunctionem cum eo ostendit.

b) Vt e.g. in doctrina de *dīnayōσει* patet,

c) Dauidi in Psalmis maxime solemne est, iisdem verbis rerum fortiter gestarum gloriam a se transferre

ad DEVUM, & fateri insuper, quam timuerit in periculis, quam trepidauerit, quam prope abfuerit a spei abiectione. Qua confessione quam longe recesserit ab herorum moribus, nemini obscurum esse potest.

d) Argumentum hoc epistles tractat. Primo historiæ sacræ, deinde doctrinæ veritatem tuetur. Ad historiam probandam pertinet 1) quod pleraque, quæ in sacra scripture narrantur publice, non elanculum facta sint. 2) Quod in e-narrandiis iis diversi scriptores consentiant. 3) Quod multorum testimoniis confirmata, & a probis viris conscripta fuerint. Doctrinam, quæ admixta est historiæ, veram esse, probat

1) ex veritate historiæ; 2) miraculis, quæ patraruunt doctrinam illam adferentes.

C

b) In

ne in tenuissimo quidem apice error obrepserit. a) Quod, quia potissimum est, in controuersiam vocatur ab iis, quibus tectum est Euangeliū nostrū. Firmis autem rationib⁹ probanda primum veritas historiæ. Quarum 1. hæc sit. Quod si quæ sunt in Scripturis, quæ maxime fidem supererent, ea narrantur facta, non ut miracula b) Mahumetis, aut visiones confitæ ab illo, qui c) legendas scripsit, in angulo aliquo, sed in magna turba. Moses miracula edidit coram tota d) Ægypto, coram multis e) Israelitarum f) myriadibus; Christus pleraq; sua miracula edidisse legi-

a) Integritati dicas aduersarii vocatas lectio[n]es variantes; quarum ingens multitudo ostentatur. At parui momenti pleraque sunt, nec tam corruptelæ, quam antiquitatis indicia habent. Aequum de his iudicium fert S. R. D. MICHAELIS in præfatione bibliorum Hebraicorum, & Millius in præfat. N. T. a se editi.

b) Coran. Sur. III. ii. narrat, quod nemo præter ipsum vidit: exercitu[rum] hostilijs copias numerosiores, quam fuerint, a Deo representatas. Sur. XVII, 1. 61. Se una nocte ex Mecca in templum Hierosolymitanum de-

portatum, indeque reductum fuisse.

c) Quas aureas, & histriam Lombardicam de vitis sanctorum dicunt. Eas Sec. XIII. publicauit Iacobus de Voragine, Archiepiscopus Genuensis, homo, vt vere quidam iudicarunt, ferreoris, & cordis plumbei.

d) Exod. VII, 10 - 20. IX, 6 - 17. 24. IX, 3. 6. 10. 23. X, 13. 22. XII, 29. XIV, 19. 20. 27. 28.

e) ibid. & Exod. XIII, 21. XV. 25. XVI, 13. 14. XVII, 6. coll. Numer. XX, ii. Exod. XIX, 16. sqq. XL, 34 - 38. Num. XI, 1. XII, 10. XVI, 31. 33. 47. 48. XXI, 6. 9.

f) Exod. XII, 37.

b) Ioh.

legitur Hierosolymis a) in foro, b) in templo: aut si quæ in deserto; tum edidit, c) cum premere-tur a turbis, opprimereturque pene. Passus est circa urbis toto Orbe conspicuæ pomceria; idq; die festo, cum ad eam non sine speciali Proutientia vadiquaq; confluxerant Iudei d) omnes; nonnulli etiam e) ex remotissimis orbis parti-bus. Resurrectio quidem non ita publica fuit, visus tamen est f) plus quam a quingentis fra-tribus; statimque Apostoli, dono g) linguarum & miraculorum h) insignes, totum orbem ful-guris

- a) Ioh. V, 2 - 9.
- b) Matth. XXI, 14.
- c) Matth. XIV, 13 = 21

XXVI, 2.

d) Deuter. XVI, 16.

e) Tam Iudei, quorum magna pars inter gentes vi-cinas ac longinquieres de-gebat, quam περσηλυτοι. Confer, sis, de illis Acto-r. XIII, 5. 14. XIV, 1. XVII, 1. 10. 17. XXIX, 4. 19. XXIX, 17. de his Matth. XXIII, 15. Acto-r. IX, 27, 28.

f) 1. Cor XV, 6. Decies autem CHRISTVS, in vi-tam reuersus adparuisse memoratur. 1) Mariæ Mag-dalenæ Iob. XX, 14. 2) mu-lieribus cæteris, ipsum un-gendi causa accendentibus. Matth. XXIX, 9. 10. 3) Petro Luc. XXIV, 12, coll.

- 34. & 1. Cor. XV, 5. 4) duo-bus e discipulis, Emauntem proficiscentibus, Luc. XXIV, 31. 5) undecim discipulis, abrente Thoma Luc. XXIV, 36. Iob. XX, 9. 6) iisdem, præ-sente Thoma, Iob. XX, 26. 7) discipulis septem iuxta mare Tiberiadis. Iob. XXI, 1. 8) quingentis istis in quodam Galileæ monte. Matth. XXIX, 7. 10. Marc. XVI, 7. 1. Cor. XV, 6. 9) Iacobo soli, 1 Cor. XV, 7. 10) duodecim apostolis, in montem olcarum deducatis. Luc. XXIV, 49. 50. Act. I, 4. sqq.

b) Act. II, 4. 8 - 11. 1. Cor. XI, 15.

1) Act. III, 2 - 8. IV, 31. V, 3 - 5. 9. 10. 12. 15. 16. 19. IX, 6. 7. 17. IX, 3 - 5. 33. 34.

C 2

40.

guris instar a) peruadunt, ut per eorum ministerium Christi nomen omnibus innotescat.

Hæc

40. XII, 7-10. XIII, II. XIV,  
8-10. XVI, 18. 25. 26. XIX,  
II. 12. XX, 9. 10. 12. XXIIX,  
3-6. 8. 9. 2. Cor, XII, II.

a) Quanquam singulorum peregrinationes non consignatae litteris fuerint, non dubitandum est, illos obsequutos mandato Dominico, quo per totum orbem vulgare euangelium iubebantur. Hieronymus commentario in Matth. XXIV, 14. censet: nullam manifisse gentem, quæ CHRISTI nomen ignoret; & quanquam non habuerit prædicatorem, tamen ex vicinis nationibus opinionem fidei non posse ignorare. Chrysostomus vero in homilia de codem loco adfirmat: intra viginti, aut triginta annos verbum, per apostolos prædicatum, occupauisse fines omnes orbis terrarum. Certe grauissimus ecclesiæ Latinæ scriptor, Terullianus, cuius ætas in seculi secundi finem, & initium tertii incidit, aduersus Iudeos cap. VII. plures gentes nominatim commemorat, ad quas sciat Christia-

nam religionem propagatam esse. In quæsib[us] alium inquit, uniuersæ gentes crediderunt, nisi in CHRISTVM, qui iam venit? Cu[m] enim & aliegentes crediderunt, Partibi, Medi, Elamitiæ, & qui inhabitant Mesopotamiam, Armeniam, P[ro]brygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum, & Asiam, & Pamphiliam, immorantes Egyptum, & regionem Africæ, quæ est trans Cyrenen, in habitantes? Romani & incole, tunc & in Hierusalem Iudæi & ceteræ gentes, ut iam Getulorum varietates, & Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini, & Galliarum diuersæ nationes, & Britannorum inaccessa Romanis loca, CHRISTO vero subdita: & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scybarum & additarum multarum gentium, & prouinciarum & insularum multarum, nobis ignotarum, & que enarrare winus possimus? in quibus omnibus locis CHRISTI nomen, qui iam venit, regnat. Iucundum est, quod Hieronymus

Hæc publica esse quis neget, & ita publica,  
vt totus terrarum orbis ea sic se habere teste-  
tur. Atqui, inquieres, quam multa etiam  
in magnis vrbibus contigisse leguntur, quo-  
rum tamen falsitas aliunde deprehenditur.  
Certe multis retro post saeculis potest quis  
talia comminisci, at vt eadem ætate reperi-  
antur, qui ita sint audaces, vt ea palam gesta  
esse affirment, quæ nusquam extiterunt, certe  
id sine exemplo. Licet porro hoc daremus; si  
quid tale ausi essent Apostoli, annon quotquo  
tunc in Iudea viuebant homines, tot habuissent  
imposturæ suæ testes? Id si fecissent in terræ  
partibus remotissimis: (vt si quis Lutetiæ nar-  
ret, in China nouum aliquem Prophetam e cœ-  
lo descendisse, his & illis miraculis insignem)  
fortasse apud rudiores fidem inuenissent: at in  
illa ipsa vrbe, in qua hæc miracula facta diceban-  
tur, quis hominum planis & tam apertis impo-  
storibus credidisset? Si quis, inquam, hodie Lu-  
tetiæ

---

*nymus epistola CXXXV. ad Suniam & Fretellam* scribit  
de Getis & maioribus no-  
stris, inter quos fuisse ante  
Caroli M. tempora, qui  
CHRISTVM coluerint,  
multi negarunt. En verba  
Hieronymi: quis hoc crede-  
ret, vt barbara Getarum lin-  
gua Hebraicam quereret ve-  
ritatem? & dormitantibus,

immo contendentibus Græ-  
cis, ipsa Germania spiritus  
sancti eloquia scrutaretur?  
dudum callosa tenendo ca-  
pulum manus, & digiti, tra-  
& tandis sagittis aptiores, ad  
filum calamumque molle-  
scunt, & bellicosa pectora  
vertuntur in mansuetudinem  
Christianam.

tetiae in ipsa Lutetia fuisse dicat anno superiore hominem miraculis clarum, qui haec & illa miracula toto populo inspectante fecerit, quis dabitur imposturae locus? Atqui Hierosolymis, in quibus Christus post Baptismum suum plurimum vixit, & pausus est & resurrexit, prima fidei, prima Ecclesiae initia cernuntur. Ibidem enim prima statim Petri concione conuertuntur  
 a) tria hominum millia, quia nempe rei veritas ipsis erat notissima. Hoc est, quod Paulus Agrippae dicebat Act. 26. 26. Ea narro, quae Regi nota sunt, quae nemo hominum ignorat, ideoque libere & confidenter loquor, neque enim in angulo gesta sunt. An vero eo usque impudentiae procescerit aliquis, ut tam grauiter mentiatur, & tam (non) emuncte naris fuerint auditores, ut sibi hac in parte imponi possi sint? Nunquam certe eo usque processerit; b) indeque Euangelistarum in diuersissimis partibus orbis scribentium consensus prorsus mirabilis. Matthæus in India scribit, Marcus Romæ, Lucas in Ionia; c) idque si lo tam diuerso, ut statim deprehendas, eos non scripsisse ex compacto; talis est tamen consensus, talis παναγιονία, ut eodem Spiritu ad eandem veritatem narrandam actos fuisse oporteat.

Ipsis

a) AG. II, 41.

b) Necum vide pag 34.  
lin. 5.

c) Quo in loco, & quo tempore quisque suam scri-

psferit historiam, hoc incertum est; sed illud liquet, id diuerso & tempore & loco factum.

c] Quan-

Ipsis obiciuntur quidem quædam ~~evançio~~  
*veiæ*; sed hoc dato, non concessò, eos in quibusdam discrepare, quid vero illud est, quod affertur, præter a) minutias & b) titiuitia? Ex quibus certe hoc solum collegeris, eos ex compæcto non scripsisse; cum, rei c) summam quod attinet, magnum inter eos esse concentum, magnum consensum nemo neget.

Sed iterum premes: Atqui hæc ipsa, quæ ab Apostolis gesta & prædicata fuisse dicis, quidni supposititia sint? Certe qui tam ferrei oris erit, ut hoc in dubiu reuocet, quo nihil unquam noti-

a) Quarum discordia, etiam nemo eam scripto mitigasset, quod tamen multi fecerunt, sine veritatis iactura tolerari posset. *Polybius, Dionysius Halicarnassus, Liuius, Plutarchus,* grauiter lapsi interdum sunt; at nihilominus magnam habent autoritatem. Quanto minus sacri, scriptores hanc amittent, cum a ceteris præsidii, quæ fidem faciunt, illis longe instructiores sint, nec, si fuerint, quæ non sunt, a paucis vero esse creduntur, errata, tantum errauerint, quantum reliqui, optimi etiam, & veritatis studiosis-

simi historiæ architecti. Narrationem eorum omnis expertem erroris esse, ex pluribus & magnæ molis voluminibus possimus cognoscere; quæ quidem, si res ipsa, posthabita aduersariorum proteruitate, & studio commentandi, excuti potuisset, multo contraria esse oportet.

b) Titiuillium filum est nullius rei, decidens e tela, ut Nonius exponit. *Plaut. in Cœl. non ego istud verbū emi item titiuitio, i.e. re admodum vili.*

c) Doctrinam, & præcipua historiæ euangelicæ momenta.

notius, nihil plurium, vel a) infensorum vel b)  
amicorum, testium autoritate firmius; eum o-  
portet eadem opera omnes omnium gentium,  
omnium rerum historias vna litura indu-  
cere; quippe de veritate historiæ & scripti  
alicuius dubitare nefas est, cum non modo  
scriptor ea, quæ a se vita sunt, & sua æta-  
te & propalam facta sunt, narrat; sed, eo ad-  
huc viuo, alii testes c) subinde sequuntur, at-  
que hos alii; idque perpetua serie ad no-  
stra usque tempora. Sic Mosen Iosua im-  
mediate sequitur, Iosuam Iudices, illos Reges,  
quos Prophetæ, quos Evangelistæ, quos Apo-  
stoli, quos statim primo sæculo Patres, Irenæus,  
Iusti-

a) Gentilium, Iudeorum, | pro CH RISTO vitam  
Muhammedanorum. De profuderunt; inter quos  
gentibus agit M. David viri prudentes, ac doctrina  
Müller in dissertatione, in insigne philosophi com-  
quam testimonia gentilium memorantur.  
de CH RISTO collegit; pro CH RISTO vitam  
de Iudeis S. R. D. PAVLVS | profuderunt; inter quos  
ANTONIVS in disputati- viri prudentes, ac doctrina  
one de veritate Christianæ insigne philosophi com-  
religionis, ipsis Iudeorum memorantur.  
obtrectationibus confirmata; de Muhammedanis Leuinus  
de Muhammedanis Leuinus Warnerus in compendio  
Warnerus in compendio historico eorum, quæ de  
CH RISTO & præcipuis historico eorum, quæ de  
aliquot religionis Christianæ  
capitibus Muhammedani tradiderunt.

b) Conf. p. 41. qui

pro CH RISTO vitam  
profuderunt; inter quos  
viri prudentes, ac doctrina  
insigne philosophi com-  
memorantur.

c) Quod luculentè de-  
monstrat Petrus Allix in  
libro, Gallice primum scri-  
pto, & postea translato in  
Germanicum sub titulo:  
Petri Allix Betrachtung ü-  
ber die Bücher der heil.  
Schrift, die Wahrheit der  
Christlichen Religion da-  
durch zu behaupten, aus dem  
Französischen übersetzt von  
Andreas Christian Eschen-  
bach. Nürnberg. 1702.

a) Qua-

Iustinus, &c. hos alii: qui cum idem tradant omnes, nunquam in eo laborarunt, vt probarent res sic fuisse gestas, tametsi illis esset contentio cum Iudeis, aut Ethenicis; a quibus hoc vix unquam obiectum est. An credemus, istos omnes in nostram perniciem conspirasse? in nos fabam, ino fabulam, cuditisse?

Sed id quo fine tandem? Nam quisquis fallit, eo animo fallit, vt aliquem inde a) fructum colligat. Verum tantum absit, vt Apostoli, & qui primi illos sequuti sunt, aliquid inde b) gloriae aut honorum aut opum sperare potuerint, cum contra per trecentos totos annos crimen fuerit, de Christo quidquam mussitare. Eius Sectatores probra & cruces & ultima quæque c) manebant. Nouimus, aiunt ipsi Iudei,

a) Qualem Muhammedes spectabat.

b) Quam neque a gentilibus, neque a Iudeis, quibus contentui ac odio erant, sperare potuerunt. Dicas: apud suos in sempiterna gloria esse cupiuerunt? Enimuero quam famam a paucis illis, & maximam partem contemptiblibus homunculis exspectarent, præsertim cum incertum esset, fore ut in tanta hostium multitudine ac potentia religio Christiana ad-

feros posteros propagaretur? Plurimi infimæ sortierant, & ex eo hominum genere, qui qualemcumque huius vitæ commoditatem gloria potiorem ducunt.

c) Hæc omnia non tolerarunt solum patienter, sed quoque appetiuerunt. Elicet hoc, & innocentia illorum ex Plinii secundi, via Christianis sacris alieni, epistola, ad imperatorem Traianum ex Bithynia scripta; Lib. X. ep. 97.

Cf

d) Exod.

dæi, huic sedæ ubique contradicet; Act. 28,  
22.

Neque illi putandi sunt proprii nominis propagandi studiosi fuisse, qui suos nœuos in omnium conspectum exponunt Moses *a)* lapsus suos non dissimulat, pœnas memorat sibi a Deo inflictas. Marci Euangelium dictasse creditur Petrus, in quo tamen Petri *b)* lapsus. Matthæus quid aliud se, quam *c)* publicanum fuisse ait? quod quam *d)* odiosum inter Iudeos, quis necrit? Paulus se *e)* peccatorem; cumque grauissimum. Denique vel si fallendi illis fuissest animus, unde tanta hæc versutia hominibus illiteratis, pescatoribus, *f)* idiotis, ex ultima plebeculæ facere? At quorsum hæc? inquires. An, si vera scripserunt, hinc sequitur, eorum doctrinam Deum habere autrem? an quidquid verum est, a Deo est? Et vero; an, si historia vera est, qua docetur Mosem, Christum, Apostolos tot edidisse miracula, inde sequitur etiam, doctrinam intermixtam esse diuinam? utrumque certe affimo. Inter plures historias ab hominibus profectas, quibus ita eadem narrantur, ut altera alterius vestigiis non insistat, nusquam talem consensum reperias, qualem inter Euangelia. Verissimum

*a)* Exod. IV, 10-14. Num.  
XX, 11. 12.

*b)* Marc. XIV, 66-72.  
*c)* Matth. LX, 9.

*d)* ibid. v. II.

*e)* 1. Tim. I, 15.

*f)* Quos ideo Talmud  
brutos viros appellat.

*a)* Quas

simum enim est, omnem hominem esse mendacem; & quisquis historiam scribit, saepe illi contingit, ut aut fallatur, aut fallat. Adeoque pauci sunt, qui semper sibi constent. Hinc sit, ut de eodem Cyro Herodotus & Xenophon tam diuersa, tam discrepantia scribant: vnde & in Apocryphis omnibus certae apparent a) falsitatis notæ. At in Sacris Scriptoribus semper eadem traditur summo consensu, summoque concentu veritas. Arethusa in Sicilia, & Alpheus in b) Elide, licet Oceano interie<sup>c</sup>to disiungantur, creduntur ex eodem fonte c) manare; quia utriusque aquæ sunt eiusdem saporis, eiusdemque naturæ. Quidni de Sacris Scriptoribus idem affirmemus? qui, multa locorum intercedine, magnaque temporum interuallo disti, semper eodem genio d) vnam & eandem veritatem constan-

a) Quas S. R. D. IOACH.  
LANGIVS in hist*or.* eccles.  
V. T. diligenter excusit.

b) Regione Græcia.

c) Cic. in Verr. IV. c. 53.  
In hac insula (Syracusanam  
intelligens) est fons aquæ  
dulcis, cui nomen Arethusa  
est, incredibili magnitudine,  
plenisimus piscium, qui flau-  
tu aquæ totus operiretur,  
nisi munitione ac mole lapi-  
dum a mari disiunctus esset.  
Oritur ex Alpheo, subterane-

is meatibus in Siciliam se sub-  
ducente.

d) Quamuis ingenio di-  
uerlo. Eadem stili maiestas,  
qualis pag. 25. describi-  
tur, in omnia scriptis re-  
peritur. Vix libellum ex-  
xarat homo profanus, in  
quo non pasim animi sui  
vitia prodat; at hic cohore  
tem habes scriptorum, tem-  
pore & locis disiunctorum,  
in quorum libris idem ubi-  
que cernitur animus, can-  
didus

didus, simplex, pius & alienus ab omni vanitate, quæ plurimi mortales ad scribendum impelluntur.

e) Atqui doctrina veteris ac noui testamenti valde discrepare videtur: aliud enim requirebat lex sub illo, aliud sub hoc poscit, præstatque euangelium; & maxima pars legis, euangelio superueniente, cessauit. Quod si vero rem recte cestimamus, discordie species breui euanescet. Lex moralis adeo non sublata fuit, ut potius ei obsequendi vires euangelium nobis attulerit: forensem, vni Judæorum reipublicæ datam, non necesse erat extendi ad alias respuplicas, quas pro suo tempore, loco, ciuibus suis, & cæteris huiusmodi momentis constitui oportet. Illa pars legis, quæ ceremonias sacras continet, cum maximam partem umbra fuerit bonorum euangelicorum, postquam hæc obligata & prolata in lucem sunt, suo functio officio censenda est. Sunt quoque in ipsis V. T. libris, quæ nos vetant adeo morieri rituum istorum abrogatione. Quo spectat explosio externi cultus sacrificiorum, sine interiore peracti, e. g. Psal. L, 8-15. XL, 17. sqq. Ies. I, 12

seqq. Ierem. VII, 21-23. Hos. VI, 6. Mich. VI, 6-8. diarium festorum Ies. I, 13. 14. explicatio significati ceremoniis officii sanctioris. Dent. X, 16. Ierem. IV, 4. Dent. XXX, 6. Vaticinia, præscripto Mosaico aduersantia Ps. CX, 4. Ies. XLIX, 19. Malach. I, 11. ceremoniarum istarum expresse predicta abrogatio. Ier. III, 16. XXXI, 31-34. Dan. IX, 26. 27. Si Iudei sint, quibus haec omissione Mosaicorum institutorum in Christiana religione displicet, memores eos esse oportet, quid Talmudistæ fancierint in sectione de synedrio p. 90

"אר אבָהו  
אר יוחנן בכל אלה  
יאמר לך נביה עבורי  
על רברוי הורה שמע  
לו חוץ מעבורה ולת  
שאפילו מעמר לך  
חמה באמשע הרקיע  
אל השם לען Dixit  
R. Abuna dixisse R. Iochanan: quandoconque te propheta inserit transgredi verba legis, obsequere ei, nisi te inbeat colere Deos peregrinos: licet tibi tum solem in medio caeli confondere faciat, nolitamen ei obedire.

Et Bechai comment. in legem

¶ (42) ¶

legem fol. 202. d. in med.  
ככל אם יאמר לך  
נביא עבר על דבריו  
תורה כאלו הוו בחר  
הכרמל שמע לו והז  
בעבודה ורזה Quantum  
docunque te iusserit propheta transgredi verba legis, sicut Elias in monte Carmel (fecit) obedi ei, præterquam in idolatria.

Sic cadit mutatae, deser-  
tæque legis calumnia; &  
tota controuersia hue redit:  
an CHRISTVS fuerit pro-  
pheta, & quem Deum ado-  
rare iusserit, verum ne, an  
Deos peregrinos? Vrum-  
que a multis scite explicata  
tum fuit. Paucis: prophe-  
tam, euimque summaum, &  
Dei filium arguant dicta, fa-  
cta que; idolatriam doctrina  
eius destruxit; tantum  
abest, vt eam commendaver-  
it. Accedit, quod expre-  
se repetuerit præcipua le-  
gis de uno veroque Deo co-  
lendo verba, & ea se consu-  
lentibus de Dei cultu & pie-  
tate serio inculcauerit.

Quid? quod Iudei ipsi  
credant, fore tempus, quo  
Deus legis, stricte dictæ vin-  
culo ipsos sit soluturus. Ita  
Midrasch Tillim. f. 68. d.

מהו מתי אסורי

רש אמרים כל הכהנה  
שנטמאת בעולות הזה  
מטהר אותה "הכהנה  
לעתיד לבא וכחא  
מה שהיה הוא אשר  
זהה וכו' ומה  
שנעשה טהורין והוא  
מקולם לבני נח  
וכחא להן כירק עשב  
נתתי לכט את כל  
מה יrok עשב נתתי  
לכל אפקחיה והכהנה  
לכל מתחלה ולמה  
אשר אותה לראות מי  
שמקבל רברויומי אינו  
מקובל ולעתיד לבא  
הוא מתר את כל מה  
שאסר. Quid significant hec  
verba: soluit vincitos Ps 16,7?  
Sunt, qui dicunt: omne ani-  
mal, quod impurum reputa-  
tur hoc tempore, Deus purum  
pronunciabit tempore futu-  
ro. Dicit enim: quod fuit, est  
idem, quoderit, &c. (Cohel. I.  
9.) Quid vero illud est, quod  
fuit? (cuncta animalia) mun-  
da erant Noachis filiis, Etenim  
dixit

stanter docent, ut omnes ex uno a) fonte hau-  
sisse oporteat.

Sed & hoc addo, si vera est historia; & ve-  
ram esse eorum doctrinam sequitur apertissi-  
me. Si verum est, Mosem, Christum & Apo-  
stolos iis miraculis inclaruisse, quæ ab iis edi-  
ta leguntur, minime dubium est, quin & eo-  
rum b) doctrina vera sit. Nemo ea facit, quæ  
supra naturam sunt, alia virtute, quam c) Diuina;  
nemini confert hanc virtutem DEus, nisi &  
idem vera doceat. Certum est & immotum  
axioma, Ioh. 9. *Deum non exaudire peccatores,*  
*erroris patronos & assertores.* At, inquires,  
annon etiam dat DEus efficaciam errori? an-  
non etiam d) ethnici sua miracula iactant?  
Quid? quod ipse Anti-Christus cum signis

& mi-

Dixit illis: vt viridem her-  
bam dedi vobis omnia.  
Quemadmodum autem her-  
bam viridem dedi omnibus,  
sic & animalia omnibus ini-  
tio (didi.) At quam ob cau-  
sam prohibuit illa? vt vide-  
ret, quis obsequium suis ver-  
bis praefiturus esset, quis ve-  
ro denegaturus? sed futuro  
tempore ipse soluet (licitum  
esse declarabit) quod (iam)  
ligatum (prohibitum) est.

a) i.e. spiritu sancto.

b) Alioquin DEV\$ com-  
mitteret, quod cum iustitia  
eius & amore generis hu-  
mani minime posset con-

cordare. Sine non huma-  
num, nedum bonitate DEI  
dignum fore, non solum  
permittere, sed facere, vt  
tot homines in errorem ine-  
vitabilem conicerentur,  
& inter eos viri pii ac reli-  
gioi.

c) Non naturali, vt quis-  
que videt, cum inauditum  
sit verbo foliue taetu tam  
graues morbos curari, at-  
que mortuos in vitam re-  
duci. Ridiculum vero est,  
quod Indæi de Schemham-  
phorasch sub garriunt.

d) Quorum miracula plu-  
res ex ipsis reiecerunt, frau-  
de

& miraculis venturus prædictetur? ita sane, sed quibus? Miraculis mendacii, ait Apostolus 2. Thess. 2, 9. hoc est, non modo in mendacii patrocinium, sed & ipsis mendacibus. His ergo notis dignoscamus vera miracula a falsis; 1. in his fraus latet ut plurimum, & quidem talis, ut neminem oculatum fallat; sic in Papisticis miraculis in dies forex indicio se a) prodit suo. 2. Quæ miracula fiunt a Pseudo-Prophetis, talia sunt, ut virtute Dæmonis præstari queant; sic Dæmonia pellunt e corporibus, Diabolo sponte cedente; ut det efficaciam errori; cœco fortasse visum restituerit, at non vero cœco; & furdo auditum, sed non vero furdo; & claudio rectum incessum, at non vero claudio, sed ei, qui a Diabolo vincitus est.

At nemo illorum legitur tale quid *Luc. 13, 16.*

præ-

de detecta. Plurima noctu contigisse dicuntur, uno duobusue præsentibus, quibus sacrificuli facile fucum facere potuerunt. Alia admirationi fuerunt vim naturæ ignorantibus. Et Cacodæmonem sui cultores, infidos in naturali sua notitia, multis modis deluisse probabile omnino est.

a) Exemplum notabile Hadrianus Regenvolsius in systemate hist. chronol. eccl. Slav. p. 144. refert: nempe principem virum in Polonia, Nicolaum Radziwilium, intellecta fraude monachorum in dæmone expellendo, abiecisse superstitionem pontificiam, & sacra euangelica amplexum.

a) *Iob.*

præstisile, quod omni suspicione caret; ut cum mortuo vita restituitur iam quatriduano, iam fœtentia).<sup>a</sup> Et hæc vera est sine dubio veri miraculi nota; quod quisquis sibi conscientius est imposturæ suæ, timide agit, & cunctanter, de eventu minime certus: neque ullus Pseudo-Propheta, miraculum editurus, legitur, inspectante sole, tali obtestatione vñus, quali Elias Propheta i. Reg. 18. *O æterne Deus, vt sciant, te verum esse DEum, me vero Prophetam, a te missum, ignis descendat e cælo,* &c. quali Moses Num. 16. 29. Si hi moriantur, quomodo mori solent homines, Dominus me non miserit: quali Christus, Matth. 8. *Ut sci-as, me eum esse, qui peccata condonat, dico tibi, surge, tolle grabbatum, & ambula.* Et Ioh. 11. petit resurrectionem Lazari; *ut credant, inquit, me a Te missum esse.* b) Certe vix fieri potest, ut Pseudo-Propheta eo vsque impudentiæ procedat, ut audeat in magna turba Deum inuocare & compellare nominatim, ut doctrinam falsam edito miraculo firmet; neque ullum putto impune Deo sic illusurum.

Quintam addimus & veritatis & Diuinitatis Scripturæ notam insignem, nempe prophetandi vim, quæ in Scriptoribus Sacris mira est. Atqui & c) Astrologi, & Aruspices, & Coniectores

a) Ioh. XII.

b) Act. III, 6-10. Act. XIV,  
10. Act. XIII, 10. II.

c) Petrus Cuneus in ora-

tione VI. de annis clima-  
tericis & eorum vi in re-  
rum

tores Isiaci eadem vi pollebant, si credere fas est. Certe fateor, ex astris futura quædam innotescere, etiam eorum, quæ mere sunt contingentia; puta cometæ ortum, & særiss intemperiem, & annonæ caritatem, & sequituræ pestis atrocitatem; quamvis etiam in his arioli fallantur sèpius; non tam suo, quam artis defectu, quæ meritis coniecuris nititur. Non est, quod signa cælorum formidetis, (inquit Ierem. 10, 2.) vii Gentes formidant. Diabolum etiam vi coniectandi pollere fateor, qua potest latentes rerum causas indagare penitus

us

rumpublicarum & ciuitatum conuersione, singulare exemplum talis prædictio- nis memorat. Ex multis exemplis, ait, unum profera- ram; nondum annū centum & viginti sunt, cum prædi- xerant astrologi quidam, ini- uistata & eruditione & au- cloritate viri, eandem illam fore astrarum coniunctionarem anno millesimo quingentesimo vicefimo & quarto, que olim fuerat, cum Noachus ex totius orbis inundatione solus cum familia sua superstes humano generi fuit. Igitur constans & consentiens ad- fertio fuit, futurum etiam eodem illo anno fatale toti mundo dilunium: neque euel-

li ea opinio ex multorum animis potuit. Et vero iam non deerant, qui naues sibi ad aquarum perfugia fabri- carent: in primis Aurelius Tolefas, vir iuris ciuilis consultissimus, qui tamen parum memor erat fæderis illius sempiterni, quod cum Noacho Deus fecerat ira- tus, mundum hunc nunquam deinceps aquis interieritum. Et sane sequutus est astro- logorum illam auguratio- nem eventus longe alius. Quippe proditum memorie Ludovicus Vives, auclor cer- tissimus, reliquit nullum an- num æque serenum, nullum æque faustum, & ubertate notabilem fuisse.

D

b) Vn-

us, atque ex iis effectus colligere cunctata quadam serie cum illis cohaerentes. At quam multa ipsum lateant, testes sunt a) ambiguæ illæ responsiones b) Loxiæ Apollinis c) ΚηστΦύγετα mera. Certe ut quis futurum quid prædicat, quod nulla dum causa nititur (si unam Dei voluntatem excipias) idque ante multa saecula; neque factum modo prædicat in genere, sed & omnes facti circumstantes; id vero nulla alia virtute fieri potest, quam diuina. Futura enim velut oppenso velo ita ab omnium creaturarum oculis semota sunt, ut non nisi Deo reuelante, iis innoscere possint. Hinc Esa. 41, 23. Propheta omnes Gentium fictios deos, hoc est, Dæmones prouocat, ut diuinitatis suæ specimen edituri futura prædi-

a) Vnde Cicero de diuinitat. lib. II. ait: *utrum eorum accidisset, verum oraculum fuisset.* Id malo suo Crœsus Lydorum Rex expertus est. Herodotus lib. I. narrat ei de bello aduersus Cyrum gerendo consulenti, Apollinem respondisse: Κροῖτος ἄλυν διαβάς μεγάλην δέχην καταλύσει. Crœsus Halymannem transgressus, magnum destruet imperium. Ille igitur existimans, portendi imperii Persici interi-

tum, committit cum Cyro prælium, quo suum regnum amisit.

b) Loxias Apollo dicitur quia in suis responsis λόξης i. e. obliquus & flexilis erat. Macrob. libr. I. Sat. 17.

c) ΚηστΦύγετον, perfugium, refugium. Proprie sic dicebatur refugium, quod habebant, qui Minorem οἴνητα, Cretensem, fugiebant.

a) In-

dicant. Nunciate, inquit, quæ  
ventura sunt, & agnoscemus vos esse  
Deos. Iam nemo est, qui neget,  
Scripturam rerum futurarum cir-  
cumstantias tam certo tamque ac-  
curate prænuntiare, quam post even-  
tum fieri solet. Exemplis id pro-  
bare non est necesse. Notæ sunt  
Prophetizæ, quibus non res modo  
in genere, sed & personæ notantur,  
1. Reg. 13, 2. & 2. Reg. 23, 16. Iosias:  
Esai. 44. & 45. Cyrus. & anni, Ierem.  
25, 11, 12. Gen. 15, 13. & dies, Dan. 8,  
13 14. quot diebus proculatum san-  
ctuarium. Quod exacte impletum  
probat Jacob Capell Hist. Sacr. & Exot.  
ad An. Mundi 3839. Et hora Dan. 8,  
2. pluribus ante euentum sœculis.  
Omnem admirationem superat ca-  
put XI. Dan. quo recensetur historia  
trium sœculorum & amplius tam ac-  
curata diligentia, ut vix quicquam  
memorabile toto illo tempore ac-  
ciderit in Ecclesia, quod non ibi le-  
gatur. Cuius rei ut aliquod edam  
specimen: quia minus attente, quam  
par est, hæc legi & obseruari a ple-  
risque video: eius interpretationem  
sic habe ex euentu.

Dan. XI, 2, Ecce adhuc tres Reges, Ann. urb.

D 2

a) cond. 269.

a) Cambyses, Magus, Darius, Hystaspis filius, stabant in Perside, quorius autem b) Xerxes, ditescet opulentia maiore, quam antecessores omnes; & quia innitetur opibus suis, excitabit omnes aduersus regnum Græcie.

*Ann. u.c. 431.*

Vers. 3. Postea exsurget rex potens, c) Alexander, qui dominabitur amplissima dominatione, & res geret ex animi sui sententia.

Vers. 4. Sed simul ac stabilitus fuerit, d) confringetur regnum eius, ac dividetur secundum quatuor plagas cœli, in regna quatuor; sed non posteritati illius; nam Hercules & Alexander, Alexandri filii, ei non successerunt: neque secundum dominationem, qua dominatus fuerat; nam auelletur ab illius posteritate regnum eius, & transferetur ad alienos, seiuicos ab illis; id est, nihil commune habentes cum illius posteris.

*Ann. 442.*

Vers. 5. Jam ut eorum historiam persequar, sub quorum tyrannide afflita est Ecclesia; confirmabit se e)

Pto-

- a) Iustinus Libr. I. cap.  
9. 10. II. c 5. 9.  
b) Id. lib. II. c. 10. lib. III.  
c. I.  
c) Id. lib. XI. XII.

- d) Iust. libr. XIII -- XV.  
I. Macc. I.  
e) Iustin. libr. XIII, c. 4.  
C 8.

a) Id.

Ptolemæus, Lagi filius, *Rex Austris*; i.  
e. Ægypti, quæ erat regni Alexan-  
dri pars maxime australis: & alter  
ex ducibus illius, Alexandri, nimi-  
rum a) Seleucus, confirmabit, inquam,  
se Seleucus aduersus illum, Ptolemæ-  
um, & dominabitur; & dominium am-  
plissimum erit dominium illius.

Vers. 6. Sed post aliquot annos af. An. 1492.  
finitatem inter se contrahent; siqui-  
dem b) Berenice, *filia Ptol. Philadel-  
phi, Regis Austris, Aegypti, veniet col-  
locanda Antiocho, quem adulatores  
vocabant Deum, Regi Aquilonis, id  
est, Syriæ; quamuis vxorem haberet  
Laodicen, & ex ea filios Callinicum  
& Antiochum. Veniet autem Be-  
renice, ut transfigat æquis conditio-  
nibus; sed non obirebit vim brachii,  
& Antiochus non permanebit con-  
stans, nec Ptol. Philadelphus brachi-  
um ejus, quem Antiochus dicti-  
tabat brachium suum: sed reuo-  
cabit Laodicen eiectam; Ita prode-  
tur ipsa Berenice, & qui adduxerunt eam, &  
qui genuit eam, &  
qui robarauerat eam, Antiochus:  
temporibus multis; id est paulatim*

ac

a) Id. lib. XV, 4. libr.  
XVII, c. 1. z.

b) Id. libr. XXVI. c. 3.

ac longo temporis tractu, & maritum suum Antiochum, & omnes, qui fa- uebant ei, male perdet Berenice.

Vers. 7. Sed ex surculo radicum eius, Berenices, stabit scapus, id est, filius illius, Ptol. Philadelphi, nem-pe a) Ptolemæus Euergetes, qui veni- ens cum copiis inuader munitiones Se- leuci Callinici, Regis Syriæ, & res geret in eas, & præualebit.

Vers. 8. Quin etiam Deos illarum munitionum cum thesauris illarum, & desideratissima quæque vasa illo- rum, argentum & aurum in captiuita- tem abducet in Aegyptum; & aliquot annos potentior permanebit Rege Sy- riæ.

Vers. 9. Ita inuader regnum Syriæ Rex Aegypti, Euergetes; ac tan- dem victor reuertetur in terram su- am.

An. 518.

Vers. 10. Sed b) Seleucus Cerau- nus & Antiochus Magnus, Filii illius, Seleuci Callinici, bellum instaura- bunt, & congregabunt multitudinem copiarum magnarum. Tum aliquis, Antiochus Magnus, derepente ve- niens, inundabit ac persuadet, ac ite- rum

An. 531.

a) Id. libr. XXVII. c. 1.  
b)

b) Id. libr. XXX. c. 1.

c) Id.

( 55 )

rum instaurato bello peruaderet usque  
ad Raphiam, munitionem illius, Ptol.  
Philopatoris, Ptol. Euergetæ filii.

Vers. 11. Tandem exacerbabitur  
Ptol. Philopator, Rex Aegypti, & pro-  
dibit & pugnabit aduersus illum, ad-  
uersus Antiochum, inquam, Magnum,  
Regem Syriae, & excitabit multitudo  
nem magnam & tradetur illa multitu-  
do Antiochi Magni in manum illius,  
Ptol. Philopatoris.

Vers. 12. Ita efferetur exercitus  
ille Aegypti, & extolleretur, &c. & ta-  
men non erit potentior bello.

Vers. 13. Nam reuertetur Antio- An. 558.  
chus Magnus, Rex Syriae, & excitabit  
multitudinem maiorem priore &c.

Vers. 14. Temporibus illis multis  
a) Antiochus, vid. Magnus, Syriæ Rex,  
& Philippus Macedoniæ, & belli so-  
cii, insurgent aduersus Regem Aegypti,  
Ptol. Epiphanem, Ptol. Philopatoris  
filium: quin & filii effractionum popu-  
li tui, prædones aliquot & fœdifragi  
Iudæi, efferentur ad confirmandum  
Prophetiam, obtentu confirmandæ  
Prophetiarum; sed corruent.

Vers. 15. Veniet, inquam, Antio-  
chus

---

a) Id. Hbr. XXX, c. 2, &c.; libr. XXXI, c. 1.

❧ ( 56 ) ❧

chus Magnus, *Rex Syriae*, & diffundet missilia catapultaria, &c. Denique nulla vis erit Aegyptiis ad resistendum.

Vers. 16. Denique faciet Antiochus Magnus, irruens in illum, Ptol. Epiphanem, pro libidine sua, nec erit, qui resistat illi; tum insurget in Iudeam, terram uobilissimam; &c.

Vers. 17. Tum disponet faciem suam ad inuadendum vi totum regnum illius, Ptol. Epiphanis; sed, quia conatibus eius obſiſtent a) Romani, fædus iniabit cum illo, & efficiet, ut filia sua, Cleopatra, filia mulierum, id est, puella, tradatur illi, Ptol. Epiphani, ea mente, ut corrumpat illum; sed Cleopatra non ſtabit promiſſis, nec illi, patri ſuo, fauebit.

Vers. 18. Tum faciem suam conueriet ad insulas, & occupabit mulias, Cyprum, Rhodum, Samum &c. sed cefſare faciet dux, Scipio, contumeliam ipſius, Antiochi, in ipsum, nullo ſuo decore rependens illi dedecus.

Vers. 19. Tum reflectet faciem suam ad munitiones terræ ſuae, Syriae, & impinget & corruet b), occidet, & nusquam comparebit.

Vers.

---

a) Id. libr. XXX, & XXXI. b) Id. libr. XXXII, c. II.

a) Id.

Vers. 20. Postea succedit in locum An. 567.  
illius, Antiochi Magni, filius illius, Se-  
leucus Philopator, prævaricator, tri-  
butis infamans decorum regium. Sed  
intra paucos dies confringetur, non a-  
perito Marte, neque prælio; sed vene-  
no.

Vers. 21. Tum succedit in locum illi- An. 578.  
us, Seleuci Philopatoris, frater eius,  
Antiochus Epiphanes nomine, sed re-  
vera despabilis; & non tradetur illi  
decus regium; sed tantum tutela De-  
metrii, filii Seleuci Philopatoris; ve-  
niat vero pacifice, & occupabit regnum  
blanditiis.

Vers. 22. Et brachia inundationis  
inundabuntur coram eo, & conteren-  
tur, adeoque princeps fæderis. Is i-  
pse, qui suaferat, ut Antiocho Epi-  
phani, tanquam patruo, daretur De-  
metrii tutela.

Vers. 23. Et obtentu confœderationis,  
&c.

Vers. 24. Et pacifice fertilissima  
quæque loca Prouinciae inuadet, &c.

Vers. 25. Tum commouebit vires su-  
as & animum suum aduersus a) Ptol.  
Philometorem, Ptol. Epiphanis fili-  
um,

a) Id. libr. XXXIV, c. 2. & 3. Maccab. libr. I. cap. I. v.  
7-20. D 5 a) Mac-

um, Regem Aegypti copiis magnis; vicissim Philometor, Rex Aegypti decerbat copiis magnis & amplis admodum: sed non subsisteret Philometor, quia excogitabuntur aduersus illum machinaciones multas.

Vers. 26. Etiam qui comedunt cibum eius, confringent eum, &c.

Vers. 27. Et amborum illorum regum animus erit ad malefaciendum Iudeis, & in eadem mensa fraudes loquentur aduersus ipsos, sed non succedit is conatus, quin supererit adhuc exitus sacro Conuentui.

Vers. 28. Redibit igitur, Antiochus Epiphanes, in terram suam, Syriam, cum copiis magnis, & animus eius molietur aliquid in fædus Sanctum, &c.

Vers. 29. Constituto tempore a) rursus inuaderet Aegyptum, sed non erit similis posterior hæc expeditio priori.

Vers. 30. Superuenient enim naues Ciuitatum, Romanorum, & inuitus regredietur, b) efferabitur in fædus sanctum, & res geret. Reuertens autem auscultabit desertoribus fæderis Sancti, c) Menelao nempe & aliis apostatis.

Vers. 31. Ita brachia id est, potentissimi qui que, ab ipsis partibus stabunt, & d) profanabunt Sanctum.

a) Maccab. libr. II. c. 5.

v. 23. sqq.

b) Maccab. libr. II. c. 5. v.

d) Maccab. libr. I. c. 1. v.

II. sqq.

23. ¶ 24. ¶ 38-42. 47-50. 52.

c) Maccab. libr. II. c. 4.

II. v. 6.

e) Macc.

*Sanctuarium munitissimum, & remouebunt iuge  
sacrificium, & imponent illi abominationem deso-  
laricem.*

Vers. 32. *Tum corruptores Fæderis impura-  
bit, id est, pelliciet ad a) Ethnicismum blanditi-  
is, sed populum b) cultores Dei sui confirmabunt,  
& res gerent.*

Vers. 33. *Doctores etiam populi multos eru-  
dient, quamvis corrueant gladio &c.*

Vers. 34. *Dumque corrueant, &c.*

Vers. 35. *Etiam ex ipsis Doctoribus corrueant  
quidam ad expurgandum hac ratione, ac venti-  
landam ac dealbandam Ecclesiam usque ad tem-  
pus definitum; nam supererit adhuc tempus Sa-  
cro Conuentui.*

Vers. 36. *Denique faciet pro libidine sua Rex,  
Antiochus Epiphanes, efferet se & extolleat ad-  
uersus omnem Deum &c.*

Vers. 37. *Quin etiam Deos maiorum suorum  
non respiciet, neque venustatem mulierum, &c.  
sed supra omnia se attollet.*

Vers. 38. *Sed Deum Mauzzim munitionum ad  
sui stibilimentum honorabit, &c.*

Vers. 39. *Habebit enim munitiones quasque  
munitiones instar Dei peregrini, hoc est pro ido-  
lo suo, & quoscunque probauerit, augebit gloriam  
&c.*

### Vers.

a) *Maccab. libr. I. c. 1. v.  
12-16. & 22-68. libr. II. c. 4.  
v. 9-15.* | b) *Maccab. libr. I. c. 2+5.  
libr. II. c. 8. v. 10. seqq.*

a) *Maccab.*

Vers. 40. Se at tempore definito impe-  
tum faciet in illum, Ptol. Philometor,  
Rex Aegypti; vicissim turbinis instar  
irruet in illum, Philometorem, Anti-  
ochus, Rex Syriae, curritus, &c.

Vers. 41. Et veniet in Iudeam, ter-  
ram decoris, & multæ Prouinciarum cor-  
ruent. Hi tamen euadent, &c.

Vers. 42. Immittet etiam manum  
suam, &c.

Vers. 43. Occupabit enim thesauro-  
s auri & argenti, & desideratissi-  
ma quæque Aegypti; etiam Libys &  
Aethi pes erunt in ipsius comitatu.

Vers. 44. Tandem rumores turba-  
bunt eum ab Oriente & Septentrione,  
id est, a Parthia, & prodibit æstua-  
mago, &c.

*An. 590.* Vers. 45. Sed cum extenderit au-  
læ tentoriis sui inter maria Persicum  
& Caspicum, e regione montis decoræ  
sanditatis, tum veniet ad a) exitum  
suum, nec quisquam erit ei adiutor.

Haec tenus Danielis caput undeci-  
num, ad cuius lectionem nemo non  
obstupebit, qui sciet, quot annis hæc  
scripta sint ante rem gestam: nemo  
non exclamabit cum ethnico illo  
rege

a) Macab. lib. II. c. 9. l. 6.

a) Cui

rege, Dan. 4. 9. *In te noui Spiritum esse S. Deorum, quandoquidem nullum arcanum te latet.* Sic de Iosepho Pharao Gen. 41, 38. *Quem reperiemus huic similem, in quo habaret Spiritus Dei?* postquam futura prædixisset. Elucet certe maxime vis Prophetica in iis prædicendis, idque tam longa serie, quæ pendent ab hominum arbitrio & voluntate; qua nihil incertius & mobilius. Obiicit Atheneus, quod olim Porphyrius, hæc nempe post euentum confita Danieli falso tribui. Atqui vel omnium historiarum fides eleuanda est, vel agnoscendum, a) Alexandri ætate exstisso libros Danielis; siquidem id multi referant, attestentur que Ptolomæi Lagi filii, qui inter exterios libros sacros Danielem quoque Græce verti b) curauere; antequam pleraque hæc contigissent. Quid? quod & manifeste de Christi c) morte prophetat, a quo d) citatur; item que

a) Cui Iaddum, pontificem maximum, librosillos, & in iis vaticinium de frangenda per Græcos Persarum potentia monstrasse Iosephus autor est. *Libr. XI. cap. 8.*

b) Iosephus *Antiquit. libr. XII. cap. II.* cuius narratio ni quantum tribui poshit, docet S. R. D. IOACH. LANGIVS in his. eccles. V. T. p. 886. *sqq.*

c) *Dan. IX, 26.*

d) *Matth. XXIV, 15. sqq.*  
& passim in N. T. ad eius vaticina alluditur e.g.

*Dan. VI, 1 - 22. Hebr. XI, 33.*

*Dan. VII, 7. 8. II. Apoc. XIII,*

*I - 5. sqq.*

*Dan. VII, 10. Apoc. V, 6. II*

*Dan. VII, II. Apoc. XIX, 20.*

*¶ XX, 12.*

*Dan. VII, 13. Apoc. XIV, 14.*

*Dan. VII, 14. Luc. I, 33.*

*Dan. VII, 29. 21. Apoc. XI, 7.*

*XXXIII, 7.*

*Dan.*

*v. dol.*

*II.*

que *o*) de excidio Hierosolom. 40, demum annis Christi obitum sequuto.

Hic dum stilos feruet, mihi temperare non possum, quia doceam, quam mirabilis sit Prophetarum cum Euangelistis consensus. Quæcunque ab his tanquam facta narrantur, ubi illis futura prædicuntur ita accurate, ut vix illa sit historia, quæ plures circumstantias de vita & morte cuiusquam adnotet, quam obseruant Prophetæ de Christi vita & morte. Cuius rei sit hoc specimen.

1. Christus nascitur An. Mundi 4000. Id prædixerat Ezech. cap. 47. vbi per cubitos annos numerans, post mensuram 4000. cubitorum, tandem aquas ex Galilæa orientali, aquas salutares & æternas, quales Christus offert  
*b)* Samaritanæ, ait, in totum Orbem spargendas.

2. Tum Machabæis sublatis, &c. Herodi I-dumæo sceptrum traditum est, & ablatum a Iuda. Id prædixerat Iacob Gen. 49. Unde illi clamores, qui in Tract. Sanh. Talmudic. Herodis tempore auditæ passim leguntur: *Heul heul!*

Dan. vii, 22, 27.	<i>Apoc.</i> xx, 4	& <i>Matt.</i> xxv, 46.
Dan. vii, 24.	<i>Apoc.</i> xii, 12.	<i>Matt.</i> xiii, 43
Dan. ix, 27.	<i>Matt.</i> xxiv, 15	& <i>1 Cor.</i> xv, 41, 42
Dan. x, 5, 6.	<i>Apoc.</i> i, 14, 15.	<i>Apoc.</i> xii, 5 <i>sqq.</i>
Dan. x, 13, 21.	<i>Apoc.</i> xii, 7.	<i>Apoc.</i> xii, 14.
Dan. xi, 36.	2. <i>Theſſ.</i> II, 4.	Dan. xii, 11. <i>Matt.</i> xxiv, 15
	& <i>Apoc.</i> xiii, 5, 11	a) <i>Dan.</i> IX, 26, 27.
Dan. xii, 1.	<i>Matt.</i> xxiv, 21	b) <i>Iob</i> IV, 10-14.
Dan. xii, 2.	<i>Iob.</i> v, 19.	

❀ (63) ❀

*heus oblatum est sceptrum a Iude, neque dum  
venit Schilo!*

3. Prædictum eum nasciturum *Esa. 9,5.* Præ-  
dictum, ex qua gente, ex Abrahamo, *Gen. 22,*  
18. Prædictum ex qua tribu nasceretur, nem-  
pe ex tribu Iuda, *Gen. 49.* &c.

4. Ex qua familia, ex trunco Isai, *Esa. 11, 1.*  
Ex Davide, *Ierem. 23,5.* Ex Salomone, *Psal.*  
*68,37.* 2. *Sam. 7,12.*

5. Ex qua muliere, ex virginе, *Esa. 7,14.* Ex  
puella, *Gen. 3,15.* *Ier. 31, 22.*

6. In qua Iudææ parte, in Galilæa, *Ezech. 10-*  
co citato.

7. In qua Galilææ parte, Bethlehemi, *Mich.*  
*5,2.*

8. Quod illi nomen foret, Iesus, *Zach. 3,*  
Christus, *Daniel. 9.* Nazarenus, *Esa. 11, 1.* *Iud.*  
*13,7.*

9. Tum stellam apparitaram. *Num. 24.*

10. Venturos, qui afferrent illi munera, id-  
que ex Oriente, *Psal. 72,10.*

11. Mactandos infantes, *Ier. 31,15.*

12. Præcessurum Iohannem Baptist. *Mal. 3,*  
1. & 4. 5. qui in deserto concionaretur. *Esa.*  
*40,3.*

13. Ex Aegypto reducendum, *Osee. 11, 3.*

14. Vilioris fortis hominem futurum & ab-  
iectæ, *Esa. 53.* *Psal. 22.*

15. Miraculis insignem, & quibus, *Esa. 35, 5.*  
29, 18.

16. Spi-

16. Spiritum Domini supra ipsum descensum, *Esa. 61, 1.*
17. Tentandum a Diabolo, *Zach. 3, 1.*
18. Eum futurum præconem Euangeli. *ibid.*
19. Quæ concionum materia, *Esa 42, 3.*
20. Quibus in locis potissimum concionatus esset, in Galilæa, &c. *Esa. 8, 23.*
21. Quo stilo usurpum eum, parabolis, *Psal. 78, 2.*
22. Quos auditores habiturus esset, *Esa, 6, 9.*
23. Fore, ut odio haberetur, reiiceretur, *Psal. 69, 15.*
24. Eum ingressorum Hierosolymas, vectum a filio, *Zach. 9, 6.*
25. Ibi reperturum ædem suam mutatam in latronum speluncam, *Jer. 7, 11.*
26. Fore, ut zelus domus Dei eum consumeret, *Psal. 69, 10.*
27. Tum fore, ut exscinderetur e viuis *Esa. 53. Dan. 9.*
28. Idque non pro se, *Dan. 9, 26.* sed pro peccatis alienis.
29. Tradendum per proditionem, *Ierem. Lam. 4, 20.* Infid. is petendum. *Psal. 118, 11.* & 31, 14. & 41, 8.
30. A domesticis, quibus cum foedus & communem habebat mensam, *Psal. 41, 10.* & 55, 13
31. Idque 30. nummis argenteis, *Zach. 11, 12.*
32. Ex quibus emeretur ager figuli. *Ibid.*
33. Tum fugituros discipulos, *Zach. 13, 7.*
34. Ipsum

34. Ipsum sputis conspurcandum, fustibus  
diuerberandum, *Esa.* 30, 6. & 53, 3. Fore, ut irri-  
deretur, *Esa.* 53, 3. *Psal.* 22, 8.
35. Purpura vestiendum, *Esa.* 63.
36. Tanquam multorum criminum reum  
accesendum, *Psal.* 41, 9.
37. Eum ad hæc nil responsurum, *Esa.* 53, 7.  
*Psal.* 38, 13.
38. Tandem damnandum sententia iudicis  
*Psal.* 2.
39. Ligno affigendum, *Jer.* 11. 19.
40. Pedibus & manibus perforatis, *Psal.* 22,  
13.
41. In altum subuehendum, *Num.* 21. quip-  
pe serpentis ænei antitypus.
42. Maledictum fore hoc genus mortis,  
*Deut.* 21.
43. Tum fore, vt miserabilis esset suis, *Zach.*  
12, 10.
44. Alios dicturos, eum a Deo castigari,  
*Esa.* 53.
45. Si fidat in eum, eum liberet, *Psal.* 22, 9.
46. Quo loco? Hierosolymis, *Dan.* 9.
47. Extra portas, *Levit.* 16, 27. per typum,  
de quo *Heb.* 13, 11.
48. Super montem Caluarium, qui idem  
cum Moriah, vbi Isaaci sacrificium.
49. Quo anno? *Dan.* 9.
50. Quo die anni? Paschatis festo (ideo Pa-  
scha eius typus eo die immolatus) postquam  
per tres annos & semi concionatus esset, hoc

E

est

est, dimidiam annorum hebdomadem', *Dan.*  
9, 27.

51. Fore, vt cum impiis poneretur in morte,  
id est, inter latrones, *Esa.* 53.

52. Aceto potandum & felle, *Psal.* 69. 22.

53. Tum oraturum pro iis, qui se crucifige-  
rent, *Esa.* 53.

54. Verba etiam, quæ in cruce protulit, ex-  
stant *Psal.* 22, 1. mi Deus, &c.

55. Et *Psal.* 31, 5. animam meam, &c.

56. Tum fore, vt circa meridiem sol ob-  
scuraretur, *Amos.* 8, 9. *Joël.* 2, 3. *Ezech.* 32, 8.

57. Iniecturos nonnullos fortē super ve-  
stem ipsius, *Psal.* 22.

58. Nullum ex eius ossibus confringendum,  
*Exod.* 12, 46. per typum agni.

59. Ponendum in diuitiis sepulchro, *Esa.* 53, 9

60. Tum fore, vt sinderetur templi velum.  
*Zach.* ii, 1. sic Iudei interpretantur.

61. Iudam manere infelicem exitum (vt &  
reliquos hostes, *Psal.* 69. 23. sic Pilatus exul  
obiit) aliumque in eius munere successurum,  
*Psal.* 109, 8.

62. Christum ex inferis resurrecturum, *Psal.*  
16, 10. tertia die, *Osee* 6, 10. & ex Jonæ typo.

63. Fore, qui cicatricum vestigia scrutaren-  
tur, *Zach.* 13, 6.

64. Fore, vt ascenderet in cœlos, *Psal.* 68, 19

65. Ibi regnaturum, & sessurum ad dextram  
Dei, *Psal.* 110, 1.

66. Do-

❀ (67) ❀

66. Donec omnes ipsius hostes confracti  
sint. *ibid.* & *Psal.* 2.

67. Ex cœlis dona daturum Ecclesiæ suæ, *Psal.*  
68, 19; missurum Spiritum S. *Ioël.* 2, 28,

68. Vocaturum Gentes ad nominis sui co-  
gnitionem, *Psal.* 110, 3. &c. *Oseæ.* 1, 10. *Ez.* 65, 1.

69. Tum fore, ut confringeretur caput ser-  
pentis, *Gen.* 3. Et certe tum cecidit e cœlo  
Satan fulguris instar, *Luc.* 10, 18. Oracula con-  
ticuerunt, &c.

70. Fore, ut attenuarentur dii omnes terræ,  
*Sopb.* 2. hoc est, ut subuerterentur idola.

71. Subsequiturum statim post sex hebdo-  
madas annorum, id est, paulo plus quam an-  
nos 40. excidium Ierosolymorum, *Dan.* 9.

72. Erigendum tertium templum primo &  
secundo longe glorioius, hoc est, ecclesiam  
illam, quæ est domus Dei, *Agg.* 2, 7.

73. Tum futurum sacerdotem cum Vrim &  
Tummim, *Neb.* 7, 65. Prophetam, &c. *Deut.* 13.  
& 31. &c.

Hæc, & plurima alia, in uno Christi aduen-  
tu impleta fuisse Oracula quisquis non mira-  
bitur, is sane plumbeus est & taxeus. Iam si li-  
beret Leuitici mysteria pandere, & Legis Ce-  
remonialis arcana reuelare, magna certe & mi-  
rabilis sepe mysteriorum sylva aperiret. Et  
nemo non agnosceret in iis vmbbris rerum,  
quarum hodie complementum videmus, ima-

E 2                   ginem

ginem: seu personas spectemus, a) *Leuitas*, b) *Sacerdotes*, in his c) *Pontificem summum*, semel quotannis in Sancta Sanctorum d) ingredientem, nomina Israëlitarum pectore inscripta e) gerentem, pro populo intercedente, idque non sine f) sanguine: seu loca sacra contem- plemur, offeret se g) *Tabernaculum*, sub pellibus ambulans, h) vagam ecclesiæ conditionem sub Lege referens; sed eius in i) *Templum* mutatio, stabilitatæ firmius, splendore k) augustius, in cuius ædificio l) Tyrii etiam & Sidonii ope- ram nauarunt: quid aliud quam ecclesiæ mu- tationem sub Christo refert? Tres illæ templi partes, m) *Atrium*, quod omnibus, n) *Locus Sanctus*, qui solis sacerdotibus, o) *Sancta San- torum*, quæ soli summo sacerdoti, cum san- guine fæse offerenti patent, quid aliud, quam tria illa Dei regna referunt, regnum natura,  
quod

---

a) Adi, si hæc plenius no-  
scere velis, S.R. D.IOACH.  
LANGII *Mysterium Christi*  
ac *Christianissimi in fasciis*  
*typicis antiquitatum bibli-*  
*carum V. Testament.* p. 271--  
284.

b) Id. p. 260 - 271.  
c) Id. p. 213 - 260.  
d) Id. p. 253. §. 7. & 258 §. 7.  
e) Id. p. 230 §. 12. & p. 243.  
§. 16.  
f) Id. p. 253. §. 7. & 285.  
§. 7.

---

g) Id. p. 3 - 92.  
h) Id. p. 10. §. 24. & p. 14. §.  
i) & p. 15. §. 4.  
j) Id. p. 92 - 144.  
k) Id. p. 100. §. 17. & p. 126.  
l) & p. 129. §. 9. & p. 131. §.  
16.  
l) Id. p. 97. §. 11. & p. 127. §. 3.  
m) Id. p. 19 - 34. & p. 103-  
112. & p. 113 - 120.  
n) Id. p. 34 - 49.  
o) Id. p. 62 - 92. & 106-112.  
120-125.

p) id.

quod omnibus; regnum gratiæ, quod non nisi regii sacerdotii participibus; regnum denique gloriæ, quod non nisi Christo sanguine patuit? Quid in Locis Sanctis p) Arca & g) Gloria Dei inter Cherubim, quam lucem illam ἀνέργοστον; qua Deus in cœlis vndiquaque vestitur? Quid si velim hic de r) Vrna, Manna plena, & s) Legis Tabulis, & t) Virga Aaronis dicere, & u) Mensacum impositis panibus, & y) Acerris, & y) Lucerna illa ἐπιταλύχνω, z) Labro æneo, quod æneo suffultum erat scapo, & Altaribus aa) suffitus & bb) holocaustorum? Quid si de cc) Sacrificiis, de Sacrificio dd) vaccæ rufæ, & ee) Hazazel, & propitiationum? Quid si de vi- etiamarum delectu, & a) ὁλοκληρία & primitiis oblatris, de c) sale & d) pane, & e) vino, & f) oleo, & g) thure, quæ in sacris adhibebantur? Quid

F 3

- |                                    |   |
|------------------------------------|---|
| p) Id. p. 61 - 75.                 | tiquit. Hebr. pag. 434. sq. edit. Lips. |
| q) Id. p. 76 - 92.                 | a) Lang. libro cit p. 402. §. 8.        |
| r) Id. p. 66. §. 19.               | & p. 408. §. 8. 410.                    |
| s) Id. p. 66 §. 18. & 19.          | b) id. p. 443. §. 8. & 444. &           |
| z) Id. p. 66. §. 19.               | 452. §. 12.                             |
| u) Id. p. 44 - 49.                 | c) id. p. 440. §. 1. & p. 449.          |
| x) Id. p. 45. §. 6. & p. 48. §. 7. | d) id. p. 40. §. 1. p. 447. §. 1.       |
| y) Id. p. 49 - 57.                 | p. 447. 1. & p. 448. §. 2.              |
| z) Id. p. 27. §. 19. sqq. & p.     | e) id. p. 442. §. 6. & p. 443.          |
| 32. §. 18 seq.                     | §. 7. it. p. 451. §. 10. & II.          |
| aa) Id. p. 34 - 44.                | f) id. p. 441. §. 3. & p. 450.          |
| bb) Id. p. 23 - 27. & p. 28 -      | g) 6.                                   |
| cc) id. p. 398 - 455.              | g) id. p. 36. §. 6. & 37. & p.          |
| dd) Id. p. 272 - 474.              | h)                                      |
| ee) Hadrian. Reland. An-           | 40 - 44.                                |

si de *b)* pollutionibus & munditiis legalibus, de  
*i)* leprosi & *k)* puerperæ purgatione, de *l)* Nazi-  
 reatus voto? Aut de *m)* diebus sacris, de *n)* Ne-  
 omeniis, de *o)* Sabbathis, de *p)* Jubilæis agerem?  
 Dies me deficeret, priusquam singula explicare possem;  
 in quibus tamen latet mysticum  
 quoddam, & symbolicum Prophetiarum genus.  
 Quæcunque nominavi, tot certe sunt quasi  
 Christianæ Religionis Hieroglyphica.

Idem de singularibus Christi typis affirmandum.  
 Quales fuere Adam, Noë, Melchise-dech, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Iuda, Iob,  
 Moses, Aaron, Iosuë, Samson, Dauid, Salomon,  
 &c. Quæ sunt tot Christi viuæ effigies; quas  
 ad populi sui bonum in ecclesia eminere vo-  
 luit Deus, Israëlique conspiciendas obculit.  
 Quæ ne plane intacta præteream, palamque  
 faciam, quam multa hic lateant, & sese offerant  
 sedulo singula quæque pensitanti, quæramus  
 e. g. Christi effigiem in Isaaco.

1. Vterque nascitur per miraculum, Isaacus  
*q)* ex matrice mortua, Christus ex *r)* virginea.

2. *s)* Ille Abrahamo, hic orbe ad senium ver-  
 gente.

3. Ille

---

*b)* id. p. 455 - 472.

*i)* id. p. 454 - 468.

*k)* id. p. 469. §. 3. &c seqq.

*l)* id. p. 285 - 293.

*m)* id. p. 300 - 396.

*n)* id. p. 325 - 330.

---

*o)* id. p. 310 - 324.

*p)* id. p. 391 - 396.

*q)* Gen. XXIX, II. Rom. IV,

19.

*r)* Matth. I, 18.

*s)* Gen. XXI, 2.

*a)* Gen.

3. Ille promissus per annos 40. hic  
per saecula totidem.

4. Vtriusque conceptio nuncia-  
tur ab a) Angelo.

5. Ut inquit Sara, b) quomodo hoc fe-  
ct, ego iam consenui? itidem Virgo,  
c) quomodo hoc fiet, nam non noui vi-  
rum?

6. Cum res adimpta fuit, d) De-  
minus ridere me fecit, inquit Sara,  
& quotquot audient, mecum ridebunt.  
e) Anima mea exultauit in Domino,  
Seruatore meo, inquit Maria, & omnes  
Gentes me felicem praedicabunt.

7. Filius seruæ Aegyptiæ (Iudeo-  
rum figura, teste Apostolo Gal. 4. &  
Ierosolymæ, quæ nunc est; & primi  
foederis, quod generat ad seruitu-  
tem) f) deridet filium liberæ, & ideo  
pellitur ex ædibus paternis; sic pri-  
mus ille filius Israël, quia Isaaci no-  
stri paruitatem habuit contemptui,  
noluit osculari verum Filium, ex-  
clusus est, & pulsus e domo Patris.

8. Vterque est filius unicus; nam  
vt Isaac Gen. 22, 2. ita & Christus Ioh. I, 14.  
dicitur unigenitus a Patre.

9. Vter-

a) Gen. XIIIX, Luc. I, 26.  
sqq.

d) Gen. XXI, 6.

e) Luc. I, 46. sqq.

b) Gen. XIIIX, 12.

f) Gen. XXI, 9. sqq.

c) Luc. I, 34.

E 4

g) Gen.

9. Vterque filius dilectus; nam  
vt Isaacus Gen. 22, 2. ita Christus  
Matth. 3. vocatur Filius dilectus.

10. Vterque a patre morti tradit-  
ur. Gen. 22, 12. *Non pepercisti pro-*  
*priō filio*; sic Rom. 8, 31. Deus proprio  
Filio non pepercit, ad Isaacum allu-  
dens.

11. Pater vterque misericors. Gra-  
ue est Abrahamo etiam derisorem  
*Gen. 22, 11.* Ismaëlem domo eicere, quanto gra-  
uius mactare filium: Deus similiter  
non vult mortem peccatoris, quan-  
*Ezech. 18, 22.* to minus iusti & innocui.

12. Ut ergo Deus Abrahamo di-  
cit: *Nunc noui, quad tu me amas, ex*  
*eo, quod non pepercisti filie unico pro-*  
*ppter me;* sic concludit Apostolus  
*Rom. 5. & 8.* *Qui non pepercit pro-*  
*priō Filio, sed tradidit eum morti pro*  
*nobis, an non simul omnia dabit cum eo?*  
Et Iohannes 1 Ioh. 4. 9. *In eo mani-*  
*festatur amor Dei erga nos, quod mi-*  
*sit Filium unicum, &c.*

13. Vterque igitur a Patre morti  
traditur, quia in illo amor Dei, in  
hoc amor hominis morte potentior,  
& zelus sepulchro durior.

*Cant. 8,* 14. Nam si mortis circumstantiae  
spectentur, in eadem terræ plaga fit  
vtrumque sacrificium; nam Isaacus  
offer-

offertur in monte *a) Moriah*; atque in illo ipso trahi Hierusalem, & templum ædificata leguntur, 2. Chron. 3, 1. & vero in ipso monte Golgatha si Hieronymo & aliis ante ipsum credimus, oblatus est Isaacus. Certe ad nomen Moriah videtur alludere Salomon in Cant. 4, 6. vbi agens de Christi morte, quo moriente umbræ Legis dissipari debuerunt, *ante quam*, inquit, *un. bræ fugiant*; *conscendam montem* *מֹרְיָה*, Mor, id est myrræ. Mor typice & poëtice dictum pro *Moriah*.

*15.* Id sacrificium *b) soli Abrahamo* notum, ignotum erat seruis, qui ad eum usque montem eum erant comitati; sic & mysterium mortis Christi *in Deo absconditum omnes homines latebat*.

*16.* Utique innocens.

*17.* Isaacus *c) lignum in montem Moriae*, Christus *d) crucem* gerit.

*18.* Isaaco ominosum hoc verbum excidit, cum iam lignum & cultrum, & funes & ignem videret, quasi cohorrecenti ad spectaculum tam tristis ministerii; *e) video quidem lignum, &c.* sed ubi est victimæ? statim tamen acquiescit huic Patris responso, *Dominus prouidebit*. Ita & Christus humanum aliquid passus est, cum insta-

*a) Gen. XXII, 14.*

*b) Gen. XXII, 5.*

*c) Gen. XXII, 6.*

*d) Job. XIX, 17.*

*e) Genes. XXII, 7. sq*

instaret hora mortis, & sudauit grumos sanguinis, & orauit & dixit: a) O Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste; statim tamen hoc addit: fiat voluntas tua; ut sciamus, eum itidem totum a Deo pendere voluisse.

19. Ut ergo Isaac, qui ex senilibus manibus facile potuisset euadere, obtemperare maluit, & patri ad mortem vsque morigerum se præbere; ita & Christus, qui nil non poterat in celo & in terra, & ad auxilium multas Angelorum legiones facile b) aduocasset, vltro fese obtulit, & Patri fuit obsequens vsque ad mortem crucis, Phil. 2. 8.

20. Isaac ligno imponitur, Gen. 22, 9. Christus cruci; Isaac pedibus manibusque vincitur; Christus pedibus manibusque cruci affigitur. Isaacus cultri ictum sustinere paratus fuit; Christus vero c) lanceæ reuera sustinuit. Isaacus rogo imponitur; Christus ardorem iræ paternæ experitur.

21. Sed idem Deus, qui seruat Isaacum, cauet, d) ne ullum osfium Christo confringatur.

22. Isaac toto triduo ambulat quasi in valle vmbrae mortis. Gen. 22 14. Christus per tri-  
duum manet in sepulchro.

23. Angelus mittitur, e) qui Isaacum libe-  
ret:

a) Matth. XXVI, 39.

b) Matth. XXVI, 53.

c) Job. XIX, 34.

d) Job. XIX, 33.

e) Genes. XXII, 11. sqq.

e) Matth.

ret; Angelus mittitur, a) qui Christum e se-  
pulcro eximat, reuoluto lapide sepulchrali.

24. Isaac ἐν παραβολῇ, Heb. II, 19. similitudine  
quadam resurrexit a mortuis; Christus, huius  
similitudinis exemplar, vere resurrexit.

25. Abrahams fides conciderat, nisi resur-  
rexisset Isaac; & sola eius spes erat in eo sita,  
quod credidit, Deum posse eum a mortuis exci-  
tare. Hebr. II, 18. Sic inanis est nostra fides, si  
Christus non resurrexit. b)

26. Posthanc qualemcumque Isaaci resurrec-  
tionem succedunt benedictiones, Abrahamo  
promittitur fore, c) ut in eo benedicantur o-  
mnes gentes: cuius typi antitypus fuit in  
Christo; idque post illius resurrectionem de-  
mum impletum est. Promissa, inquit Apo-  
stolus Gal. 3, 16. data sunt Abrahamo & semi-  
ni eius, hoc est, Christo; & v. 14. benedictio  
Abrahams gentibus per Christum obtigit. d) Quis  
creder, haec omnis contigile sine speciali Dei  
prudentia? & fortuitum esse tot rerum con-  
cursum tam pulchre coherentium? frustraque  
haec omnia a sacris scriptoribus obseruata?

Hic

a) Matth. XIIIX, 2.

b) I. Cor. XV, 14.

c) Gen XXII, 17. 18.

d) Isaaco, typica qual-  
cumque morte perfuncto, &  
reuerso quasi in vitam  
sponsa addueitur. Genes.

XXIV. Christo post veram  
mortem, & redditum in vi-  
tam ecclesia colligitur, &  
veluti sponsa ad ipsum deducitur; ministerio aposto-  
lorum. 2. Cor. XI, 2.

e) Qua-

Hic addi possent prædictiones<sup>a)</sup>, quæ implentur *a)* in dies : Antichristus in vrbe *c)* septicolli *b)*, purpurata meretrix, vinum, imo venenum, regibus propinans *d)*, coniugium & cibos interdicens, &c.

Obseruanda est insuper Scripturæ diuinitatis momentosa admodum nota, antiquitas & continuitas, seu duratio continua. *e)* Cœli & terra transeunt, sed manet verbum Domini. Iactant antiquitatem *f)* Græci, qui tamen tum primum historiam scribere cœperunt, cum desierunt Hebræi. Iam obsignatus

*a)* Qualis etiam est prædictio fatorum, quibus pii & amantes CHRISTI homines quotidie laborant. Quamvis enim studiose caueant, ne quenquam offendant, sed, si fieri possit, de omnibus bene mereantur, effugere tamen maiorum odia, ludibia & vexationes non possunt. Sane hoc ita esse, quilibet breui potest cognoscere. Quam primum serio cœperit facere, quod DOMINVS in montana illa coniunctione præcipit; continuo etiam videbit, quod ibidem prænunciatum fuit, se odio hominibus esse propter CHRISTVM.

*b)* Apoc. XVII, 9. & 13.

*c)* Apoc. XVII.

*d)* I. Tim. IV, 3.

*e)* Matth. V, 18. Luc. XXI, 3;

*f)* Iustin. Libr. II, cap. 6.

de Atheniensibus. Non, ut cœteræ gentes, a sordidis initiiis ad summa creuere. Soli enim, præterquam incremento, etiam origine gloriantur. Quippe non aduenæ, neque passim collecta populi colluuius originem vrbi dedit: sed eodem innati solo, quod incolunt: & quæ illis sedes, eadem origo est. Primi lanificii & olei & vini usum docere. Arare quoque & serre frumenta, glandem vescentibus monstrarunt &c.

Ideo

tus erat Vet. Testam. Canon, antequam extaret Herodotus, a) antiquissimus Græcorum scriptor; apud quem supra Cyri tempora b) nihil certi. Poëtæ paulo altius rem reputunt, sed quicquid veri habent, tot fabularum inuolucris tegunt, ut vix quicquam elici queat, nisi præeunte Verbi Diuini face. Exemplo sit fabula notissima de Saturno, Deorum antiquissimo, cui tres filios successisse narrant, Iouem in cœlo, Plutonem in inferis, Neptunum in æquore. Mihi non dubium est, quin Saturnus idem sit cum Noacho. *Saturnus* enim est nomen compositum ex *Sutrus* & *Noë*: *Sutri* enim, & cum Ω Epenthetico *Sifutri*, nomine, Ethnicis Noë aliquo modo innotuit. Sic apud Philonem Biblium, ex Euseb. lib. 9; apud Abydenum, & Alexandrum Polyhistorem, citatum a *Cyrillo* lib. 1. contra *Iulianum*, mentio fit *Situri* cuiusdam, qui arcam confecisse, & in eam cum omnis generis anima-

a) Ideo a Cicerone historiæ pater, & princeps genus hoc, id est, scribendæ historiæ, ornasse dicitur. Frouxit paulo post initia imperii Persici, tempore Darii Hystraspide, & successorum Xerxis & Artaxerxis. Vid. Fabricii Biblioth. Græc. Lib. II. c. 20.

b) Ita Diodorus Siculus

lib. I. p. 5. de temporibus, inquit, hoc opere comprehensis, ea quæ bellum Troianum antecedunt, & διογέσθαι βεβαίως, certo non definimus, διὰ τὸ μηδὲν παρέπηγμα παραληφέναι περὶ τάτων κιτευόμενον, quia nullum fide dignum fulcrum de iis accepimus.

a) Quem

animalibus', ut ab aquis seruaretur, ingressus esse dicitur. Sutrus autem, seu Sifutrus, est Hebr. שׁוֹטֵר *Dominus*. Hocce, inquam, nomen compositum *Saturnus*, est Hebraicum שׁוֹטוֹרְנָה *Soter-Noah*; quod sonat Latine *Dominus* seu *Princeps Noë*. Idem Græcis dicitur Κρέονος, quasi כָּר נָחָר *Car Noah, Princeps Noë*. Idem *Saturnus Aflyriis Belus & Bele-nus*, teste Seruio vocatur; est autem בָּעֵל נָחָר *Bael Noah, Dominus Noë*. Latinis quoque *Janus* dictus, quasi יְהָנוֹחָר *Jah Noah, Dominus Noah*. Quatuor nomina eiusdem significationis Noë aptissima, quia unus toti orbi imperabat. Is omnes filios, præter illos tres, quos diximus, vorasse legitur; quia eius temporis tota generatio a diluvio fuit absorpta.

Noachi filius, חָם *Ham*, seu *Cham*, nomen suum retinuit in Africa, in qua regnasse creditur; ibi enim sub *Hannoniis* nomine ad Christi tempora cultus est. a) Huc facit plurimum, quod Pultarchus in *Iside* testatur Αὔστη louem dici proprio nomine ab Ægyptiis. Idem a Græcis Ζεὺς dictus a ζεω, ferueto; vt מַחְיָה ab Hebrewo

---

a) Quem cultum *Curtius* odor, *Sicul.* lib. XXVII. p. describit, Lib. IV. c. 7. & Di- 588, sqq. edit. Steph. a) 95

bræo בְּמַתִּח hamam, quod idem feruere sonat. Is patris iugum excusisse, eius pudenda rese-  
cuisse legitur, quia Ham paternæ autoritatis  
contemptor fuit, & eius pudenda retexit. Ab  
hoc Hamo, seu Hammone, idolatria defluxit  
ad posteros; quare constans fama est inter  
ethnicos, ab Aethiopibus omnem pietatis &  
religionis formam duxisse originem. Eos  
proinde Homerus vbiq[ue] ἀμύνονται Αἰθιοπῆς, in-  
culpatos, & a) θεόδεας p[ro]s vocat. Apud hos Io-  
uem conuiuari solitum dicit Iliad. 1. Sic Di-  
od. Sicul. lib. 3. Φασὶ δὲ πάρ αὐτοῖς πρώτοις κατα-  
δειχθῆναι Θεός τημᾶν, καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν, καὶ πομ-  
πας, καὶ πανηγυρεis, καὶ τὸ ἄλλα, διὰν ἀνθεωποι τὸ  
Θεῖον τημῶσι, διὸ καὶ πάρ αὐτοῖς ἐνσέβειαν διαβε-  
βοῦνται παρὰ πᾶσιν ἀνθεώπους. b)

Chami filii leguntur fuisse, *Cus*, *Mitsraim*,  
*Put*, & *Canaan*. A *Cus* Aethiopes oriundi, a  
*Mitsraim* Aegyptii. Hi Græcis noti minus:  
*Put* fortasse idem est, qui Pythius Apollo, Io-  
uuis filius; *Canaan* idem, qui Mercurius, (louis  
item filius: nam Hebraice כְּנָעֵן Mercatorem  
significat; vt Latina vox *Mercurius* a mercibus  
deducta videtur. *Hermes* Ἑρμῆς a Græcis idem  
dici

a) θεόδεας pro θεοειδῆς  
DEO similis, diuina forma  
præditus.

b) Apud se omnium pri-  
mos Deum cultus, sacri-  
ficerum pompas, & conuen-

tus solennes, & alia, qua  
Numinis honori impendunt  
mortales, inuenta tradunt.  
Hinc tam celebrem apud o-  
mnes vbiq[ue] homines ipso-  
rum esse pietatem.

o) Co-

dici potuit ab Hebræo *Herem* חֶרֶם, quod  
est anathema; quia Noë in Chanaam nominati-  
mum vibrauit Hami anathema. *Cus*, Hami fili-  
us, filium dicitur habuisse *Saba*, quo nomine o-  
lim *Bacchus* dictus, vel certe *Sabbacus*. Idem  
forte *Bacchus* pro בָּר כֹּשׁ *Bar Cus*, filius  
*Cusi*, R eliso; ut cum legimus Damascus pro  
Hebræo דָּרְמֵשׁ *Darmesec*, R eliso. *Mitfraim*,  
qui μεσογειός dictus, (vnde nomen Aegyptio men-  
si μεσογεί) forte idem est, qui Osiris. Notandum  
hic etiam, Hammonem louem sub arietis; eius  
filium *Mesori*, vel *Osirim*, sub bouis forma cul-  
tum; quia Hebreis כָּר tam principem, quam  
arietem significat; & אלף tam principem,  
quam bouem. Atque id, quia cornua apud  
Hebræos potentiam & principatum denotant;  
hæc autem animalia maxime cornuta. Hinc  
Dauid, *exaltabis cornu meum*, id est, imperium  
meum: quæ causa est, cur Alexander ab Ara-  
bibus non aliter vocetur, quam *Dub alchora-  
nian* a) hoc est, δίπλεως, seu bicornis. Hoc item  
notandum, Astrologiam esse Aethiopum &  
Aegyptiorum inuentum; qui ideo prima duo  
signa Zodiaci voluerunt esse Arietem, & Tau-  
rum, quia Aries Hammonis, Taurus Osiridis,  
seu Mesori filii, Hieroglyphica erant. Ho-  
merus fingit il. I. 12. Diis, Joui &c. duodecim  
do-

a) Coran. Sur. XIX, 82. fqq.

a) A

domos in Aethiopia fabricatas fuisse a Vulcano; ut significet Zodiaci Dodecatemoria ab illic inuenta fuisse,

Porro, quia *Sem* pure Deum coluit, prout a patre erat edoctus, ideo exosus a fratre Hamo, seu Hammone, idolatriæ propugnatore, qui seipsum pro cœli Deo haberí voluit; ideo, inquam, Semo Hamus inferorum regnum assignauit. Et vero, vt scias, Semum eundem esse cum Plutone, Plutarchus ait, Typhonem (qui cum Plutone confunditur) ab Aegyptiis vocari Συς *Smu*; quod idem nomen esse cum Semo, nemo non videt. Quia autem Noahchus in Asia cum Semo habitauit, dicitur a Ioue fuisse in Tartarum relegatus; quæ terrarum plaga quia est maxime florens & opulenta, ideo *Sem* a) ἀπὸ τῆς πλάγης, *Pluto*, hoc est, diues, dictus est; & inibi b) *Campi Elysii* inesse dicti sunt.

*Iaphet* idem est, qui *Neptunus*; quod patet ex ipso nomine יַהְפֵּת. *Iaphet* enim vel *Iapetus*, quo nomine c) Græcis maxime notus, est

a ra-

a) A dinitiis.

b) Conf. *Virgil.* Lib. VI, v.  
638. sqq.

c) & Ouidio Metamorph. I.  
Quam (scilicet tellurem) sa-  
tus Iapeto, mistam fluvia-  
libus undis

Finit; in effigiem moderan-  
tum tuncia Deorun.

Et Hekatio Carm. lib. I. Od. 3.

*Audax Iapeti genus*

*Ignem fraude mala genti-  
bus intulit;*

*Pest ignem arberea domo  
Subduclit, macies & no-  
ua febrium*

*Terris incubuit cohors;  
Semotique prius tardane  
cessitas*

*Lethi corripuit gradum.*

F ] 2

a radice Hebr. פָּתַח, quæ *pellicere & persuader* significat. Quo alludens Noë in benedictione, qua Iapheto benedixit, sic ait: יְפֵת אֱלֹהִים לַיְמָת *pelleiat Deus Iapetum.* Ut autem ab פָּתַח Iaphet vel Iapet actiuia forma factum est; ita a Passiuia נֶפְרַת, *pellectus est,* & נָחָר fieri potuit Neptunus; quasi Νίπτα Noah, hoc est, pellectus Noæ; seu cui Noe pater promisit fore, ut pelliceretur. Idem Græce Νερτεύδην dictus est; quæ vox, ut Græci obseruant, est a πέλθω, fut. πέλσω, eiusdem significationis cuius; & inde forsitan deriuata; eadem enim radicales. Neptunus autem, seu Iapet, Maris Deus dictus est; quia cum Sem in Asia, Cham in Africæ mediterraneis degarent; eoque forsitan pedestri itinere deuenissent, Iaphet nonnisi consensa nave in Græciam, quam incoluit, primus deuenire potuit. Et vero Græcia, Italia, Hispania, & fere omnes Europæ partes insulæ אֵי ab Hebreis nuncupantur; quia sunt totidem Peloponnesi & peninsulæ, mari fere vndiquaque circumfluæ. Qua etiam de causa, qui has partes occupauit Iapetus, maris Deus dici potuit.

Sed hæc plus satis docent, quam veritatis ob-

obscura fuerint apud ethnicos a) vestigia, cum  
nobis ea sit historia a Deo in Scripturis con-  
cessa,

a) Ita Ouidiana descri-  
ptio, qua mundi origo ex-  
plicatur, non multum a vero  
ab ludit: *Metamorph.* Lib. I.  
*Ante mare & tellus & quod*  
*tegit omnia cælum,*  
*Vous erat toto naturæ vultus*  
*in orbe,*  
*Quem dixere chaos, rudit in-*  
*digestaque moles.*  
*Nec quicquam nisi pondus in-*  
*ers congestaque eodem*  
*Non bene iunctarum discor-*  
*dia semine rerum,*  
*Nullus adhuc mundo præber-*  
*bat lumina Titan,*  
*Nec noua crescendo reparas-*  
*bat cornua Phœbe.*  
*Nec circumfuso pendebat in*  
*aëre tellus,*  
*Ponderibus librata suis: nec*  
*brachia longo*  
*Margine terrarum porrene-*  
*rat Amphitrite.*  
*Quaque erat tellus, illuc &*  
*pontus & aer.*  
*Sic erat instabilis tellus, in-*  
*nabilis vnda,*  
*Lucis egens aer: nulli sua*  
*forma manebat;*  
*Obstabatque alii aliud: quia*  
*corpoore in uno*  
*Frigida pugnabant calidis,*  
*humentia siccis,*

*Mollia cum duris, sine pon-*  
*dere habentia pondus.*  
*Hanc Deus & melior item*  
*natura diremit,*  
*Nam cælo terras, & terris*  
*abscidit undas,*  
*Et liquidum spissò secrevit*  
*ab aëre cælum.*  
*Quæ postquam evoluit, cœco-*  
*que exemit aceru,*  
*Dissociata locis concordi*  
*pace ligauit.*  
*Ignea conuexi vis & sine*  
*pondere cæli*  
*Emicuit, summaque locum*  
*sibi legit in arce.*  
*Proximus est aër illi levita-*  
*te, locisque,*  
*Densior his tellus, elementa-*  
*que grandia traxit,*  
*Et pressa est grauitate sui:*  
*circumfluus humor*  
*Vltima possedit, solidumque*  
*coercuit orbem.*  
*Sic ubi dispositam, quisquis*  
*fuit ille Deorum,*  
*Congeriem secuit, sectamque*  
*in membra redigit,*  
*Principio terram, ne non æ-*  
*qualis ab omni*  
*Parte foret, magni speciem*  
*glomeravit in orbis.*  
*Tum freta diffudit, rapidis-*  
*que tunescere ventis*

cessa, quæ inde incipit, vnde cœlum & terra;  
ibi desinit, ubi mundus; quæque, quicquid no-  
tan-

Iussit, & ambitæ circumda-  
dere littora terræ.  
Addidit & fontes, & stagna  
immensa, lacusque,  
Flaminaque obliquis cinxit  
declinia ripis,  
Quæ diuersa locis partim  
sorbentur ab ipsa,  
In mare perueniunt partim  
campoque recepta  
Liberioris aquæ, pro ripis  
littora pulsant.  
Iussit & extendi campos, sub-  
sidere valles,  
Fronde tegi sylvas, lapidosos  
surgere montes.  
Utque duæ dextra cœlum to-  
tidemque sinistra  
Parte sciant Zonæ, quinta est  
ardentior illis:  
Sic onus inclusum numero  
distrinxit eodem  
Cura Dei, totidemque plagæ  
tellure premuntur.  
Quarum que media est, non  
est habitabilis æstu;  
Nix tegit alta duas, tutidem  
inter utramque locauit,  
Temperi emque dedit, mista  
cum frigore flamma.  
Imminet his aer, qui quanto  
est pondere terræ,  
Pondere aquæ leuior, tanto  
est onerosior igne.

Ilic & nebulas illic con-  
stere nubes  
Iussit, & humanas motura  
tonitrua mentes,  
Et cum fulminibus facien-  
tes frigora ventos.  
His quoque non pasim mun-  
di fabricator habendum  
Aera permisit. Vix nunc  
obsistitur illis.  
Cum sua quisque regat di-  
uerso flamina tractu,  
Quin lanient mundum: tan-  
ta est discordia fratrum.  
Eurus ad Auroram Naba-  
thaæque regna recessit,  
Per sideraque, & radiis iuga  
subditæ matutinis.  
Vesper & occiduo quæ litto-  
ra sole tepeſcunt,  
Proxima sunt Zephyro; Scy-  
thiam septemque triones  
Horriser inuasit boreas: con-  
traria tellus  
Nubibus assiduis, pluvioque  
madescit ab austro.  
Hæc super imposuit liquidum  
& grauitate carentem  
Aethera, nec quicquam ter-  
renæ facis habentem.  
Vix ita limitibus discreuerat  
omnia certis,  
Cum quæ pressa diu massa  
latuæ e sub ipsa

Side

tandum, aut fieri, aut factum est in ecclesia,  
vel narrat, vel adumbrat, vel prædictit. Hinc  
illa duo axiomata elici debent. Primum:  
Cum quod antiquissimum est, id quoque sit  
ve-

Sidera cœperunt toto fulge-  
scere cœlo:  
Neu regio saret illa suis a-  
nimalibus orba,  
Astra tenent cœlestè solium  
formaque deorum;  
Cesserunt nitidis habitanda  
piscibus unde,  
Terra feras cepit, volucres  
agitabilis aer.  
Sanctius his animal mentis-  
que capacious altæ  
Deerat adhuc, & quod do-  
minari in cœtera posset,  
Natus homo est: sive hunc  
dino semine fecit  
Ille opifex rerum, mundi  
melioris origo.  
Sive recens tellus, sed uel aquæ  
nuper ab alto  
Ætere cognati retinebat se-  
mina cœli.  
Quam satus Iapeto, mistans  
fluvialibus uadis  
Finxit in effigiem moderan-  
tum cuncta Deorum.  
Pronaque cum spectant ani-  
malia cœtera terram,  
Os homini sublime dedit, cœ-  
lumque videre

Iussit, & erectoris ad sidera tol-  
ere vultus.  
Alia historiæ sacrae frag-  
menta in gentilium libris  
reperta ex instituto con-  
gesit Bornmeisterus in ora-  
tione, quam de erroribus  
historicorum gentilium in  
rebus sacris recensendis in-  
scripsit. In primis vero in  
hoc spectata Danielis Hue-  
rtii industria est, qui in de-  
monstratione euangelica cu-  
riose adnotauit, quicquid  
in externis scriptoribus a  
sacris petitum reperitur.  
Qua via autem rerum ha-  
rum notitia ad gentes de-  
ferri potuerit, docet pro-  
babilis C E L E B R I M I  
V O C K E R Q D T I con-  
iectura in dissertatione, de  
notitia diuinarum scriptu-  
rarum, ante C H R I S T U M  
natum in gentes vulgata:  
Quæ scriptio appendicis lo-  
co commentationi eius de  
eruditorum societatibus ad-  
iecta est.

verissimum: (veritas enim mendacio prior;) qui liber omnium est antiquissimus, & ea habet, quæ statim ab initio & facta & docta sunt, eum verissimum esse, ac proinde diuinum. Secundum ex verbis Gamalielis Act. 5, 38. tale elici potest: a) *Quodcumque opus ex Deo non est, id tandem corrutat, est necesse:* at si qui libri extent, qui nulla temporum iniuria, nulla hominum incuria perire potuerint, (quamvis id toto conatu reges plurimi aggressi sint, ut omnem horum memoriam e medio tollerent, aut illos corrumperent) eos libros diuinos esse oportet, & ab eo profectos, cuius sola virtute farti teatique manserunt per tot annorum secula. Quamvis non usque adeo firmum in his argumentis præsidium collocem, ea tamen contemnenda non sunt.

His

a) Quæ verba si veritati respondere credimus, restringe ea accipi, & rebur a reliquis circumstantiis habere debent. Certe euenu solo res, num bona, malae sit, non recte iudicatur. Sæpe præclara & probata D E O instituta per hominum incuriam intereunt; stant vero pessima, DEO permittente & vindicante hominum peccata. Illustre exemplum in Isla, mismo est, qui ab imposto-

re Muhammede institutus, & vi propagatus ab eius successoribus, per tot secula durauit, hodieque floret. Cæterum religionis Christianæ constantia mira sa- ne & diuina cuique videbitur, qui indolem eius & propagationem sub calamitate intuetur. Rectam vero huius effati Gamalielia- ni interpretationem suppeditauit S. R. D. IOACH. LANGIVS in epigriftis in iudicium Gamalielis.

His addi posunt tot ecclesiarum confus; constantissima tot martyrum confessio, qui huic veritati proprio sanguine subscriptiſerunt, tragicī persequitorum exitus; mira & pene incredibilis huius doctrinæ propagatio: sed ea potius adscita sunt, quam insita argumenſa. Neque plura addere opus est; dum enim iustum epistolæ modum sum transgressus.

Tu autem, quæ in his manifesta eſt, ærægrya excusa. *Canis festinans cæcos parit cætulos.* Rogas, quid me vrgeat tantopere, vt nif niſi raptim ſcribam. Posſe diſterri in aliud tempus hæc nāqēqyā fateor, ſed eo genio ſum, vt non poſſim quicquam agere, poſtquam deſerbuit animus, qui aut præcipiti quodam æſtu abripitur, aut ſitu & ſqualore torpet. Præterea mihi tecum rem eſſe ſcio, cuius fidei etiam embryonem meum & infor- mæ partus committere audeo. De scriptio- ne quereris, quod nimis citata ſit; hoc ſane me male habet: ſed quid agerem? Niſi ve- lim totus eſſe in formandis characteri- bus, hoc vitium emendare penes me non eſt. Vale.

An-

## Anhang.

## EXTRACT

Eines Schreibens von einem guten  
Freunde, der ehemahls lang mit dem A-  
THEISMO luctiret, aber durch Gottes  
Gnade in solchem Kampff  
überwunden.

**S**ie haben mich durch den Hrn.  
N. N. ersuchet, ihnen diejenigen  
Argumenta zu commun-  
ciren, wodurch ich überzeu-  
get bin von der Existenz Got-  
tes, und von der Wahrheit  
der Christlichen Religion, worauf ieko  
fürklich zur Antwort diene, so viel mei-  
ne Umstände zulassen. Das Haupt-  
argument, wodurch ich de Existentia DEI  
völlig conuinciret bin, ist dieses: daß ich  
bin, und neben mir andere Menschen,  
Thiere, Pflanzen &c. sind, weß ich gewiß.  
Ich bin von meinen Eltern gebohren,  
besgleichen ein jeder Mensch, den ich vor  
mir sehe. Meine Eltern sind von ihren  
El-

Eltern, und kommt kein Mensch in die Welt, als durch die Zeugung und Geburt von andern Menschen; so verhält sichs auch mit einer ieden Art Thiere, mit einer ieden Art der Pflanzen, die aus dem Saamen oder aus dem Reise einer andern Pflanze ihrer Art hervorwachsen. Hierbei fragt sichs nun ob diese Zeugung eines Dinges aus dem andern in infinitum könne zurückgehen? Dieses hatte ich zwar öfters gehöret und gelesen, quod non detur progressus causalium in infinitum, allein es hat sehr schwer gehalten, bis ich diesen Canonem, als unsreitig habe annehmen können; da ich aber mein Gebet, o Gott! wenn du bist, so lasz dich mir nicht unzeugt! beständig continuirete, so erkannte ich einst in stiller Nacht, welche ich öfters schlaflos zubrachte, daß es unmöglich sey, daß die Zeugung eines Dinges von dem andern in alle Ewigkeit zurückgehen könnte. Denn wenn ich gleich viel Millionen Jahre zurücke gedencke; so muß ich mir nothwendig einige Menschen zuerst concipiren, von welchen nachmals andere gezeuget se. und so auch bei einer ieden Art der Thiere se. und dessen bin

bin ich so gewiß überführt, als irgend einer Wahrheit. Sind nun aber einige Menschen zuerst gewesen, so sind dieselben ersten Menschen entweder von Ewigkeit her gewesen, oder sie haben einen Anfang gehabt. Dass sie nicht von Ewigkeit her gewesen, schliesse ich daher richtig, weil sie nicht mehr vorhanden, oder weil sie gestorben sind. Denn dass ein Wesen, so von Ewigkeit her gewesen, dem Untergange sollte unterworffen seyn, ist der Vernunft ganz zwieder. Also haben die ersten Menschen, Thiere, Pflanzen ic. einen Anfang gehabt. Woher haben nun dieselbe ihre Existenz bekommen? Resp. entweder von ohngefähr, oder von einer andern Ursache, so vor ihnen gewesen ist. Von ohngefähr kan es unmöglich geschehen seyn, dass ein solches Wesen, als der Mensch ist (wenn man ihn nach dem Leibe und nach der Seele betrachtet) ja dass nur ein Thier geworden wäre; zudem so müste solches, dafern es einmahl geschehen wäre, noch ferner geschehen können; davon doch kein Exempel vorhanden. Also muss vor denen ersten Menschen eine andere Ursache gewesen seyn,

seyn, welche die ersten Menschen, Thiere  
z. hervorgebracht. Woher ist aber diese  
Ursache? Dieselbe ist wiederum entwe-  
der von einer andern entstanden, oder von  
Ewigkeit her gewesen. Wäre sie von ei-  
ner andern entstanden, so müßte jene wie-  
derum von einer andern oder von Ewig-  
keit her seyn, z. Hier mag ich nun so  
weit zurück gedencken, als ich will, so müß  
ich doch endlich bey einer stehen bleiben,  
welche von keiner andern herrühret, son-  
dern von aller Ewigkeit gewesen ist, und  
also aller andern Ursprung ist. Aus dem  
allen folget also dieser Schluß: Es müß  
nothwendig ein solches Wesen seyn, wel-  
ches niemahls hat angefangen zu seyn,  
von keinem andern herrühret, sondern  
aller andern Dinge Quell und Ursprung  
ist. Dasselbe zu verehren ist der Mensch  
verpflichtet, weil er sich von demselben  
Wesen, welches wir Gott nennen, mit  
Leib und Seele dependirend erkennet.

Auf was Art und Weise nun der  
Mensch GOTT zu verehren schuldig sey,  
müß er auf alle Weise erforschen; daß ich  
ihn über alles fürchten, lieben und ver-  
trauen

trauen müsse, lehret mich die Vernunft,  
 und wenn ichs nicht gethan, bestraffet  
 mich mein Gewissen. Setze ichs mir a-  
 ber noch so gut vor, so handele ich doch  
 wider solchen erkannten Willen Gottes.  
 Ja ich thue und begehre zum öfftern daß  
 jenige, was mir selbst schädlich ist. Auf  
 solche Weise kan mich Gott nicht gema-  
 chet haben, von dem ich den Begriff ha-  
 be, daß er ein vollkommen gutes Wesen  
 sei. Daher muß ein Verderben mit dem  
 menschlichen Geschlecht vorgegangen seyn,  
 weil solches Ubel nicht allein bei mir, son-  
 dern allgemein ist. Wie aber, und wo-  
 her solches Verderben entstanden, lehret  
 mich die Vernunft nicht; vielweniger,  
 wie ich aus solchem Verderben wieder  
 heraus kommen könne, und wie ich mit  
 Gott, wider dessen Willen alles mein  
 Lichten, Trachten, und Thun gehet, ver-  
 söhnet werden möge. Da nun aber hier-  
 an dem menschlichen Geschlechte sehr viel  
 gelegen, so ist der Vernunft höchst pro-  
 babel, daß Gott solches dem Menschen  
 geoffenbahret habe. Sehe ich mich dar-  
 nach um, so finde ich solche Offenbarung  
 nirgends besser, als in der heilgen Schrift,  
 dar-

darinnen beydes der Fall und das Mittel, wodurch man aus dem Verderben wieder heraus kommen könne, dergestalt offenbaret ist, daß es ein Mensch nimmermehr so hätte aussenden können.

Bon deren göttlichen Wahrheit bin ich aber völlig conuinciret worden, durch Veranlassung der Worte unsers Heylandes: so iemand will den Willen Gottes thun, der wird inne werden, ob meine Lehre von Gott sey. Alle andere Argumenta hatten nur einige probabilität von der Wahrheit der H. Schrift gewürcket; aber als ich diesen Spruch recht verstehen lernete, da ward ich inne, daß die Lehre Jesu Christi von Gott sey. Denn ich mochte mich wenden, wohin ich wolte, so fand ich nirgend eine Ruhe vor meine beunruhigte Seele, als in Christo Jesu, und in seiner Nachfolge.

Dass ich aber im Gebet und fleißiger Untersuchung beständig angehalten, dazu bin ich angetrieben worden durch dieses Argument. Entweder ist ein Gott, oder keiner. Item entweder ist die Schrift Gottes

Gottes Wort, oder nicht. Si non, so ist es nach dem Tode gänzlich mit mir aus, und wird es mir nachher nicht schaden, daß ich meine Lebens-Zeit auf Untersuchung dieser Wahrheit gewandt habe, da ich doch ohne dem sonder Gedanken nicht seyn kan. Ist aber ein GÖTTE, ist die Schrift Gottes Wort, so wird es mir in Ewigkeit schaden, wenn ich sie nicht davor erkannt habe. Hiedurch bin ich öfters aus der Nachlässigkeit wieder aufgemuntert, zum Gebet angetrieben, und wieder den Ausbruch der Affectionen, welche mich fast auf andere Gedanken gebracht hätten, verwahret worden. Mehrers kan voriezo wegen Mangel der Zeit nicht hinzu thun.

n.








Jc 2887

3

M.C.





*d.*

VIRI CELEBERRIMI  
SAMVELIS BOCHARTI  
EPISTOLA  
AD  
TAPINVM  
P.V.A.  
SCRIPTVRÆ  
SACRAE DIVI-  
NITAS  
ARGVMENTIS INSITIS DEMON-  
STRATVR

*Ex Opp. Tom. II. p. 927 -- 942.*

SEORSIM RECVSA.

*Accesserunt*

NOTEAE QVAEDAM CVM PRAE-  
FATIONE

P.V.A.  
ARGVMENTVM, AB ADVERSARIIS,  
MAXIME EMPÆCTIS, HORVMQVE  
LVDIBRIIS PETITVM,

*tradatur.*

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.  
clœ Iccc XXII,